



# **Specimen philologico-theologicum de Onkelosi Chaldaica Pentateuchi versione**

<https://hdl.handle.net/1874/293893>

III

2

SPECIMEN PHILOGICO-THEOLOGICUM  
DE  
ONKELOSI CHALDAICA PENTATEUCHI  
VERSIONE.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

2

SPECIMEN PHILOGICO-THEOLOGICUM

DE

ONKELOSI CHALDAICA PENTATEUCHI  
VERSIONE,

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CHRISTOPHORI HENRICI DIDERICI BUIJS BALLOT

MATH. MAG. PHIL. NAT. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS THEOLOGICAE DECRETO,

Grado Doctoratus

SUMMISQUE IN

THEOLOGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT

**GERARDUS OLDEMAN,**

In pago Hall s. s. antistes,

DIE IX MENSIS OCTOBRIS ANNI MDCCCLXIII HORA I.

---

TRAIECTI AD RHENUM,  
APUD J. H. SIDDRE.

MDCCCLXIII.

SPRINGER VERLAGS-GESELLSCHAFT

ONKROSI CHAOLICA PRYATATSEMI  
VERBODEN

LEIBNIZ UNIVERSITÄT

CHRISTOPH WILHELM LEIBNIZ UNIVERSITÄT

Ex officina typographica ANDRIESEN & SMIT KRUISINGA.

## PRAEFATIO.



Specimine meo ad finem perducto, pauca quaedam praefari animus iuvat. Si quis putat, hac disquisitione, omnia, quae de Onkelosi versione dici possunt, iam dicta esse, egregie fallitur. Ut statim observat lector, perpauca tantum in medium protuli de modo, quo interpres poëtica Pentateuchi fragmenta tractavit. Si vero D. O. M. vires mihi concedit copiamque, postea hac de re fusius acturus sum, uti et de statu, quo versatur versionis textus. Magni enim momenti esse puto in disciplina cum exegetica, tum critica V. T. versionum antiquarum studium. Via opus est ut moneam lectorem opus iuvenile sub oculos habere.

Non possum quin omnes compellam, quibus gratias agere quam maximas imperat animus. Tu pater carissime, accipe gratias meas pro singulari, qua semper me observasti cura. Iuxta Patrem benignissimum coelestem tibi

debeo omnia, quibus nunc gaudeo bona. Numquam tuus mihi difuit amor; nihil aliud praeter liberorum felicitatem te spectare luculenter mihi probasti. Quod ego tibi remunerare nunquam potens ero, tibi remuneret Deus! Matri meae desideratissimae concessum non est ut illorum omnium sit testis. Mors inexpectata mature eam arripuit. Tu vero, qui matris locum occupas, eoque modo ut vix aut ne vix quidem sentire possum te matrem non esse germanam, noli credere me unquam benignitatis tuae erga me immemorem fore. Diuturnam tibi vitam concedat Deus!

A parentibus ad praeceptores me convertito. Primo quidem tibi gratias offero meas Clarissime Doedes, Promotor aestumatissime, pro egregia tua institutione. In eadem, qua tu olim Evangelium nuntiasti, Ecclesiae Christianae parte, nunc mihi praeclare hoc opus mandatum est. Noli credere vir clarissime adulatoris me agere partes si tibi affirmo te in multorum illius socii membrorum cordibus grata memoria etiam nunc vivere. Pater coelestis te conservet Ecclesiae Christianae, cui tantopere iam profuisti et opere et scriptis tuis, quantopere vix enarrari potest.

Vir Clarissime ter Haar, tibi quoque gratias meas

offerre animo cogor. Magna semper fuit tua erga me benevolentia. Siquidem potens ero Christi socios ad vitam Christianam agendam adhortari, tuis hoc debeo eximiis de Ethice Christiana lectionibus. Si meae in te gratiae non tales sunt, quales esse deberent, crede mihi hoc unice inde repetendum esse, quod beneficia tua gratis meis sunt maiores.

Tui immemor esse non possum, Clarissime Bouman, senex venerabilis. Etiam si rude sis donatus, nunquam tamen haesitasti auxilium praebere omnibus id a te rogantibus. Gratias accipe meas ex imo pectore profusas pro omnibus, quae hic enumerare etiam si vellem non possum.

Doleo me gratias agere non posse Clarissimo Vinke. Morte Academiae et Ecclesiae ereptus, beatorum socio annumerandus est. De illo omnino valere dictum illud: Μακάριος ὁ δούλος ἐκεῖνος ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εἰρήσῃ οὕτως ποιοῦντα, ὡς ἐπὶ: Μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπ' ἄρτι non est ut dubitemus.

Tua institutione usus non sum Clarissime van Oosterzee. Attamen crede mihi me diligenter semper copiam arrepturum esse e scriptis tuis egregiis discendi. Longa tibi vita Academiae et Ecclesiae Christianae in usum sit concessa.



*Num tui obliviscerer Clarissime Millies? Procul absit!  
Tanta semper tua erga me fuit benignitas, ut fere dubi-  
tarem an praeceptorem potius te dicerem an amicum.  
Tu mihi speciminis mei praebuisti argumentum; tu im-  
primis V. T. studii amore me imbuisti. Gratias tibi ago  
et pro lectionibus et pro auxilio in specimine hoc elabo-  
rando. Propitius tibi sit D. O. M.*

*Non possum, quin te compellam Amice Schröder, in  
pago Krommenie Euangelii interpretes. Tu ad Academicam  
institutionem dux mihi fuisti; tibi quoque debeo quod  
nunc ipse homines ad Christum evehendi munere fungor.  
Noli recusare gratias meas tibi oblatas. Amicitiam  
tuam me semper maximi facturum esse persuasum tibi sit!*

*Vos denique Amici, quibus per Academicam vitam  
amicitiae vinculis coniunctus eram, etiamsi diversis region-  
ibus nunc plurimi versemur, integra semper maneat amicitia  
nostra. Valet omnes. Melius tibi votum apprecari  
non possum quam Paulinum illud: ἡ χάρις τοῦ κυρίου  
Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ καὶ ἡ κοινωνία  
τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν!*

Scrpsi Trai. ad Rhenum  
die V. mens. Octobris.

## PROOEMIUM.

---

De Onkelosi Chaldaica Pentateuchi versione exposituri ea, quae ad eius vitae historiam pertinent, silentio fere praetermittere possumus. De hac enim satis disputatum est hoc ipso saeculo a Winero in Dissertatione de Onkeloso eiusque Paraphrasi Chaldaica edita Lipsiae anno 1820, pag. 7—11; porro a viro docto Judaeo Samuele Davide Luzzatto in praefatione operis quod inscripsit אורה גר מאמר מחקרי על תרגום אנקלוס הגר, cui titulo titulum adiecit Latinum: Philoxenus, sive de Onkelosi chaldaica Pentateuchi versione Dissertatio hermeneutico-critica, Viennae apud Ant. Nob. de Schmid 1830; imprimis a R. Angero in disquisitione de Onkelo, Chaldaico quem ferunt Pentateuchi Paraphraste, Particula II. Lipsiae apud F. Ruckmannum 1846. Qui hoc de viro

ante saeculum nostrum disputarunt auctores laudantur apud Winerum l. c. pag. 6. in nota, apud Angerum passim in notis. — Ex his omnibus patet de tempore quo vixerit interpret noster nihil certi constare. Angerus de eius vita disputans tres refert sententias, at satis mirum omnino prorsus in medio relinquit quatenam potissimum amplectenda videatur <sup>1)</sup>. Winerus verosimile admodum esse putat cum aetate Gamalielis senioris, quo amico tunc usus esset et praeceptore, vixisse <sup>2)</sup>. Ut de eius aetate sic de regione, qua vitam degerit, dissentiunt viri docti. Alii in Babylonia, alii in Palaestina cum vixisse putant. Illam sententiam amplexi sunt Eichhornius, <sup>3)</sup> Bertholdus, <sup>4)</sup> Morinus, <sup>5)</sup> alii, quibus acriter impugnavit huius sententiae fautor Wincrus. Sed hac de re infra plura monenda erunt. Antequam vero ad ipsam rem tractandam transeamus, pauca quaedam de Chaldaeis V. F. Versionibus תרגומים (versiones, inter-

1) l. l. Part. II pag. 12 sq.

2) l. l. pag. 10.

3) Einl. I § 221 sq.

4) Hist. krit. Einl. etc. Pars II pag. 575 sq.

5) Exercitt. eccles. et biblicae. — Quod ad eius aetatem etiam hic memoranda est sententia, quam protulit vir doctus Judaens L. Herzfeld in opere: Geschichte des Volkes Jisrael von der Vollendung des zweiten Tempels. Pars II, Pag. 61 seq. Onkelosum se, vixisse saeculo exeunte 2<sup>o</sup>.

protationes) dictis in universum, uti et de Onkelosi vita quid potissimum statuendum videatur monere iubet.

Non multa de versionibus dicemus; in quovis enim opere de Isagoge in libros Veteris Foederis agente parcius vel fusius de iis exponitur<sup>1)</sup>. Haec in memoriam revocare sufficiat. Iudaci ex captivitate Babylonica reduces linguae Hebraeae cognitionem sensim paullatimque amisserunt, lingua quippe utentes, quam in Babylonia degentes addidicerant, Chaldaica vel, ut in V. F. nuncupatur, Aranaea (אַרַמֵיתָה Dan. II: 4. Ezr. IV: 7. alibi). Qua ex re sponte factum est ut libros suos sacros Hebraice conscriptos legendi facultate sensim destituerent. Ad alia igitur remedia refugiendum erat. Orta est consuetudo ut aliquis libros sacros Hebraeo sermone praelegeret, quam lectionem sequebatur interpretatio Aramaea. Qui hanc in se suscipiebat interpretationem מְתוּרְמָן vel תוּרְמָן dicebatur. Eiusmodi interpretatio postea quoque litteris mandari solebat. Quodque haud ita multum post factum esse exinde colligi licet, quod medio saeculo primo p. C. n. mentio fit de versione vel paraphrasi libri Iobi litteris mandata, immo de antiquioribus etiam sermo est paraphrasibus

1) Praeterea lectu sunt dignissima quae tradit Zunz in Opere: Die gottesdienstl. Vorträge der Juden, pg. 61 sqq.

v. c. libri Estherae. Rectissime animadvertisse videtur Zunzius l. l. pag. 62: „Da man wohl nicht mit Hiob „den Anfang gemacht haben wird so lässt sich mit „Wahrscheinlichkeit für die ersten Uebertragungen des „Gesetzes ein noch höheres Alter voraussetzen.“ Quo tempore autem paraphrases in lucem edi coeptae sint effici non potest. Earum magnum adfuisse numerum idem testatur Zunzius. Sic praeter Onkelosi Pentateuchi versionem alia exstat, quae Pseudoionathani cuidam adscribitur et vulgo dicitur Targum Jeruschalmi; satis constat illas non esse paraphrases diversas, sed eiusdem paraphraseos diversas recensiones. — Prophetarum paraphrasin dedit Jonathan ben Uzziel saeculo p. C. n. primo. Quem supra memoravimus Targum Jeruschalmi nonnulla ex Hagiographis etiam complexus esse videtur, uti et Prophetas; hoc effici posse videtur ex eo quod haud semel sermo est de Prophetarum Paraphrasibus a Jonathanis Paraphrasi diversis.

Nunc si quaeritur quaenam harum versionum sit indoles, respondendum est eam diversarum variam admodum esse. Versio Onkelosiana, ut recte monet Winerus<sup>1)</sup>,

---

1) l. l. pg. 27. „Ego“ inquit „non possum his assentiri, qui „chaldaicam hanc versionem paraphrasin quam translationem appellare „malint.“

versio potius quam paraphrasis dicenda est. Idem fere valet de Jonathanis Prophetarum versione, quamquam negari non possit eum Onkeloso liberius egisse. A quibus longe differt paraphrasis Hierosolymitana, quae commentarius maiore iure quam versio dicitur.

Ut indole sic aetate etiam longe discrepant Targumim. Jonathanem uti monuimus primo post Christum saeculo opus suum confecisse nemo ni fallor in dubium vocat; de Onkeloso non omnes sic conveniunt, attamen concedunt eum post saeculi p. C. secundi finem non translisse Legem. Paraphrasis Hierosolymitana septimi p. C. saeculi opus esse videtur.

His de Paraphrasibus Chaldaicis praemonitis nonnulla etiam de Onkelosi vita exponemus, antequam ad eius versionem transeamus. Pauca tantum in memoriam revocemus, ut ita iudicium efferre possimus de tempore quo eum vixisse statuendum sit. Prorsus missas faciemus diversas quae de eo memorantur narrationes fabulasve in diversis Judaeorum scriptis, e. g., ut hoc unum afferam, eum, postquam hereditatem paternam cum fratre vel fratribus divisisset, partem suam in mare mortuum abiecissee. <sup>1)</sup> Hae enim narrationes rei nostrae nihil prosunt et num de eodem viro an de eiusdem

<sup>1)</sup> Tosephta Demai C 6 § 9. v. porro Anger Part. II pag. 5.

nominis pluribus valeant adhuc dubitatur. Nec etiam nostra interest quaenam interpretis fuerint fata, sed quoad fieri possit solvenda est quaestio de tempore quo vixerit. Tam memoravimus in varias partes virorum doctorum hac de re sententias abire. Quam supra laudavimus Wineri sententiam etiam amplexus est Luzzattus, qui anno p. C. n. circiter 40mo vel 50mo eum vixisse statuit, insuper Zunzius in opere citato eodem fere tempore eum exstitisse censet. A quibus ut novimus admodum differt doctissimus Herzfeld. <sup>1)</sup> Optionem facere satis difficile est, omnibus autem bene et serio perpensis potissimum faciendum esse mihi videtur cum Herzfeldio exeunte secundo p. C. saeculo eum vixisse statuente. Porro si quaeritur quam in regione vitam degerit, respondeo mihi adhuc argumenta, quibus probetur in Babylonia eum floruisse, satis valida non obvia fuisse. Puto igitur eum in Palaestina exeunte altero p. C. saeculo vitam degisse.

Haec quidem de eius vita monuimus, ut aliquantulum definiri possit tempus quo orta sit eius versio. Refutatione enim non eget fabula, quam in Talmudis tractatu Kidduschin, Fol. 49 relatam legimus, Onkelosum scil. versionem in monte Sinai a Deo sibi traditam et postea

1) v. supr. pag. 2 nota 5.

memoria conservatam litteris mandasse, quam sententiam etiam amplexus est Abarbanel in Numer. XV: 13 ubi dixit: השלם אינקלום קבל מר' אלעזר ומר' יהושע ועל פיהם עשה תרגומו כמו שהיה הלכה למושה מסיני. Valde dubitanda quoque mihi videtur Luzzatti opinio statuentis versionem istam aliquot secula demum post Onkelosi obitum scriptura esse exaratam, antea vero ore traditam in populi memoria remansisse<sup>1)</sup>. Quo enim modo tam diu incorrupta in populi memoria remanere potuit, tam paucis tantum additis commentariis? Frustra etiam provocat ad Origenis et Hieronymi hac de versione silentium. Nam, ne moneamus leve admodum esse ex silentio ductum argumentum, viri illi propter sermonis Chaldaei inscitiam de versione loqui non poterant. Nondum etiam egimus de puritate sermonis Chaldaici, Luzzatti hypothese quominus faveremus prorsus impediante.

Iam vero ad ipsam rem transeuntes periculum faciamus historiam V. F. interpretationis apud Iudaeos paullulum illustrandi. Bipartita erit disquisitio nostra. In parte priori quaestio erit tractanda de versionis Onkelosianae integritate, ut pateat utrum unius viri opus sit habenda versio, an vero, quod nonnullis placuit, statuendum sit

---

1) l. l. in praefatione pag. IX.



cam ex undique collatis fragmentis esse compositam. In parte posteriori agetur de versionis indole atque exhibentur leges hermeneuticae, quas sequendas sibi proposuit Onkelosus.

## PARS PRIOR.

### DE ONKELOSI VERSIONIS INTEGRITATE.

Disquisitio haec perquam necessaria est. Si enim, quod nonnulli contendunt, versio non unius viri opus est, sed contra e diversis fragmentis, in synagogis Babylonicis obviis, conflata esse censi debet, sponte intelligitur disquisitionem de eius indole supervacaneam prorsus esse vel potius fieri non posse. Estne autem eorum sententiae assentiendum? Audiamus quid singuli ad suam sententiam defendendam in medium proferant. Inprimis hic in sensum veniunt quae hac de re monuerunt Bertholdus,<sup>1)</sup> Richardus Simon,<sup>2)</sup> Hoornbeckius,<sup>3)</sup> Wolfius<sup>4)</sup>. Quae contendit Bertholdus huc fere redeunt,

1) Hist.-krit. Einl. u. s. w. Th. II S. 576 seq.

2) Disquisit. Critic. Cap. XIII p. 100.

3) De convincendis Judaeis prolegg. no. III p. 47 sqq.

4) Biblioth. Hebr. Pars II pag. 1152.

Onkelosum versionis esse collatorem, eumque quae collegit  
fragmenta emendasse et ad maiorem extulisse perfectionem  
atque ita effecisse, quod ad dictionem pertinet, ut unam  
candemque semper exhibeat indolem. Quae contendit  
omnino, non vero probavit. Sed concedamus ita recte  
eum iudicare, nonne aptissime tunc applicari possunt  
Wineri verba<sup>1)</sup>: „Quam (paraphrasin) si inde ortam  
„esse dicas quod Onkelosus omnia ista fragmenta emen-  
„dasset penitusque refinxisset, vereor ne hominibus  
„illudas, nam si hoc factum, omnis translatio verum  
„Onkelosum auctorem habet, nec attinet quaerere unde  
„hauserit primam explicationis materiem, quemadmodum  
„in textilibus non quaerimus unde prima opifex sumserit  
„stamina.“? Ut patet, Bertholdus infelix suae causssae  
exstitit patronus. Neque felicius ante eum quos supra  
memoravi rem suam defenderunt. Sic enim loquitur  
Rich. Simon: „Verosimile est itaque Doctores quosdam  
„Scholarum Babylonensium in usum gentis suae dictiones  
„Hebraicas Chaldaice exposuisse, ex quibus longo post  
„tempore integra demum Paraphrasis composita fuerit.“  
Si quaeritur quibusnam ad hanc defendendam sententiam  
utatur argumentis, patebit unum tantum idque leve  
admodum eum adhibere. „Et ut ita sentiam“ sic

1) l. l. p. 11.

pergit „facit Chaldaeus sermo purus et non inquinatus,  
„quo scripta sunt. „ Estne hoc autem argumenti nomine  
dignum? Non puto. Chaldaeus sermo purus et non  
inquinatus potius contra Simonis hypothesin argu-  
mentum mihi videtur. — Hoornbeckius „longe post  
„Christi et Apostolorum tempora, dispersamque Judae-  
„orum gentem, quando ab ultima templi desolatione  
„plerique eorum in Babylonia commigrarunt, ibique  
„terrae et linguae consuetudinem redire coacti cele-  
„bres ac diuturnas constituerunt scholas, Babyloneses  
„Judaeos velut Masoram ac Talmud ita pariter Targu-  
„mim composuisse“ arbitratur. Statuit ergo, quod  
nondum probatum est, versionem nostram in regione  
Babylonica esse ortam, quod ei non concedo. — Quae  
denique monet Wolfius fusc hic exponere opus non est;  
eodem fere redeunt quo ceterorum virorum quas me-  
moravi sententiae.

Quid autem, si et Rich. Simon et Hoornbeckius et  
Wolfius in errore versantur, tandem est statuendum?  
Unice hoc, versionem Chaldaicam Onkelosianam unum  
eundemque habere auctorem. Argumentum, quod ad hanc  
sententiam tuendam afferri potest, haud facile refelli  
posse mihi videtur. Ad externa argumenta ne provo-  
cemus; licet enim in multis Judaeorum scriptis de  
Onkelosi versione mentio fiat, nec sermo in iis sit de-

ea non integra, puto tamen ea testimonia incertiora esse quam quae fide digna habenda sint, atque ergo arti criticae quam minime inservire. Alia igitur potius argumentatione utamur. Videamus quomodo voces formulasve nonnullas plus semel occurrentes diversis locis reddiderit, atque primum de iis agemus, quas eodem semper modo redditas invenimus, deinde eas tractemus, quas variis transtulit modis interpretes.

A. Non, ut sponte intelligitur, omnes hic recensemus voces vel formulas eodem ubivis modo redditas; de nonnullis tantum agemus.

קָרָא בְּשֵׁם יְהוָה formula quae invenitur Genes. IV: 26; XII: 8; XIII: 4; XXI: 33; XXVI: 25, non aliter ab Onkeloso redditur nisi צָלִי בְּשֵׁמָא דְיָי (precari in nomine Jahvae).

הִתְהַלֵּךְ אֶת הָאֱלֹהִים Genes. V: 22, 24; VI: 9, in versione semper legitur בְּהִתְהַלְּתָא דְיָי (ambulare in timore Jahvae). Hic addi potest formula, qua idem fere exprimitur: הִתְהַלֵּךְ לְפָנֵי יְהוָה, quae occurrit Gen. XVII: 1; XXV: 40; XLVIII: 15, et quae constanter vertitur פָּלַח קָדָם יָי (servire Jahvae vel laborare coram Jahve).

רִיחַ נִדְחָה Exod. XXIX: 18, 25, 41; Levitic. II: 12; III: 16; IV: 31; VI: 8, 14; VIII: 21, 28; XVII: 6; XXIII: 13; Numer. XV: 24, 37;

XXVIII: 2, 6, 13, 27; XXIX: 2, 6, 8, redditur per **לְאִתְּחַבְּלָא בְּרַעְוָא** (ut cum delectatione accipiatur); ceteris locis ubi haec formula occurrit, exceptis Gen. VIII: 21 et Levitic. XXVI: 31, ubi aliam sequi debuit interpres rationem, legitur **דְּמִתְקַבֵּל בְּרַעְוָא** (quod cum delectatione accipitur.)

**מַבּוּל** Genes. VI: 17; VII: 6, 7, 10, 17; IX: 11, 15, 28; X: 1, 32; XI: 10; apud Onkelosum semper legitur **טַוּפָנָא** (diluvium).

**נִכְרַת** (Niph'al verbi **כָּרַת**, qua specie verbo inest extirpandi notio) vicesies et quater in Pentateucho legitur et semper ab Onkeloso redditur **אֲשֶׁתִּיּוּי**, quod verbum Hebraeo satis bene respondet.

**בְּרִית**. Haec formula in Pentateucho vicesies et semel obvia est et constanter transfertur **נֹוֹר קַיִם** (secare foedus).

**בָּרַךְ** sequente praepositione **ב** ubi de personis adhibetur ut v. c. in sententia **וְנִבְרַכְוּ בְּךָ כָּל מְשֻׁפְחוֹת הָאָדָמָה** et similibus quam formulam praeter locum, quem citavimus Genes. XII: 3; insuper exhibet Genes. XVIII: 18; XXII: 18; XXVI: 4; XXVIII: 14, omnibus hisce locis explicatur per formulam **בָּרַךְ בְּדִיל** (benedicere propter).

**יָרַע**, ubi verbum hoc adhibetur de communitate viri cum muliere, et occurrit Genes. IV: 1, 17, 25;

XIX : 5, 8; XXIV : 16, XXXVIII : 26; Numer. XXXI : 17, 28, 35, eodem semper redditur verbo, quod Hebraeus habet textus, יָדַע (cognoscere).

נִמְטָה אֹהֶל Genes. XXII : 8; XXVI : 25; XXXIII : 19; XXXV : 21; Exod. XXXIII : 7 semper redditur aequae ac formula, quae semel occurrit atque idem significat תָּקַע אֹהֶל, per formulam Chaldaeam פָּרַס מִשְׁכָּן (expandere tabernaculum).

מִלֵּב עֲרִלְתָּ לֵבָב Deuteron. X : 16, quae loquendi formula semel tantum eaque simpliciori forma מִלֵּב occurrit in eiusdem libri Cap. XXX : 6 optime explicuit אֲעִירֵי תִפְשׁוּת לֵב (removere duritiam cordis).

מִתְּנָה quae vox uno loco, Num. XVIII : 6, excepto semper legitur in numero plurali ubivis occurrit transfertur מִתְּנָן (dona, munera). Ceteri quibus verbum invenitur loci sunt Genes. XXV : 6; Exod. XXVIII : 38; Numer. XVIII : 11, 29; Deuteron. XVI : 17.

קִרְבָּן. Hocce vocabulum septuagesies et ter in Pentateucho obvium nullibi aliter translatum invenitur nisi per accurate verbo Hebraeo respondentem vocem קִרְבָּן, vel ut etiam in scriptura vocalibus carente exprimitur קִרְבָּן (cf. hac de re Winer, Grammat. des bibl. und targumischen Chaldaismus, pag. 18 § 4).

זֶבַח תּוֹדָה de cuius sacrificii genere mentio fit Levitic. VII : 12, 13, 15; XXII : 29 in Chaldaica versione exprimitur נִכְסַת תּוֹדָתָא (sacrificium gratiarum).

זִבְחֵי שְׁלָמִים. De hoc sacrificio in Pentateuchi locis triginta et novem loquitur legislator. Interpres noster in versione sua eodem semper modo reddidit נִכְסָה קִדְשֵׁין (sacrificia sanctitatis).

עֹלָה, quae vox centies et quadragesies in lege obvia est, a Chaldaeo constanter transfertur עֲלֵתָא (holocaustum).

אִשָּׁה (sacrificium accendendum), quod sexagesies et ter memoratur non aliter vertit quam קִירְבֵּן.

נֶסֶךְ quadraginta locis adest. Transfertur tricesies et octies per vocem נִסְכָּא (libamen) Ceteris locis dicitur נִסְכֵּי; quod idem ac נִסְכָּא significat. Loci, quibus haec reperitur versio, sunt Levit. XXIII : 37; Numer. XXVIII : 60.

אֵלֵי הָעֵדוּת omnibus locis quibus obvium est hocce nomen Numer. IX : 15; XVIII : 2, ad litteram fere reddidit : מִשְׁכַּנְא דְּמִשְׁכַּנְתָּא (tabernaculum testimonii).

חָטָה חַטָּא, formula obvia Levitic. IV : 3, 14, 23, 28, 35; V : 6, 10, 13; XIX : 22; Deuteron. IX : 18, in Chaldaea versione eadem semper formula redditur חֻבָּא חֻבָּא (peccare peccatum).

Huiusmodi exempla vocum vel formularum, quas eodem semper modo redditas invenimus, multis etiam multiplicari possent. Nonnulla eorum sequantur. Eodem semper verbo redditur מִקְדָּשׁ, quindecim locis memoratum; habet Onkelosus מִקְדָּשָׁא (sanctuarium);



quae trigesies et quinquies occurrit vox הָצֵר in  
 versione sonat דְּרֵתָא (habitaculum proprie, deinde  
 etiam atrium). פְּרִיכָתָא ab interprete semper exprimitur  
 פְּרִיכָתָא (velum, auleum) aequae ac מְכַרְךָ, vigesies et bis  
 obvium, reddidit פְּרִיכָתָא (velum) et מְכַרְכָּה non aliter  
 transtulit nisi חוּפָּאָה (tegumentum). Sic porro, ut  
 exempla etiam afferamus quomodo expresserit nonnulorum  
 tabernaculi vasium nomina, מְנוֹרָה semper vertit מְנִרְתָּא  
 (candelabrum); אָרוֹן non aliter quam אֲרֹנָא (cista, arca);  
 ei vocabulo si accedit definitio per עֵדוּת vel בְּרִית in  
 versione legimus pro hoc קִימָא (foedus), pro illo סְהֻדוּתָא  
 (testimonium). Quod arcam tegebat כַּפֹּתָה recto et ad  
 litteram semper reddidit כַּפּוֹרֵתָא (operculum): qui porro  
 operculo illi insculpti erant בְּרִיבִים continue apud inter-  
 pretem eodem gaudent nomine בְּרוּבִין vel, si in textu  
 Hebraeo nomen per ה demonstrativum definitur, Onke-  
 losus perpetuo statum exhibet emphaticum q. v. בְּרוּבִיָּא.  
 Locus, quo arca eiusque utensilia morabantur, קֹדֶשׁ  
 קֹדֶשִׁים ab interprete, ubi vis de eo mentio fit, vocatur  
 קֹדֶשׁ קֹדֶשִׁין (sanctum sanctorum). — In transferendis  
 festorum sacrorumque temporum nominibus satis assidue  
 quoque sibi constitit interpretis noster. Festum Paschatis  
 פֶּסַח Onkelosus vocavit פְּסַחָא vel uno loco Exod.  
 XXXIV : 25 ubi legimus חַג הַפֶּסַח etiam vertit חַגָּא  
 פְּסַחָא (festum Paschatis), ubi in Pentateucho alio

nomine vocatur חַג הַמִּצוֹת semper legimus in versione Chaldaica חַגַּא דְּכַפּוּרִיָּא (festum azymorum). Festum Pentecostes, ubi Hebraice dicitur חַג שִׁבְעוֹת, ab Onkeloso vocatur חַגַּא דְּשִׁבְעִיָּא (festum hebdomadum). Cetera huius festi nomina יוֹם הַכְּפוּרִים et חַג הַקֶּצִיר semel quippe occurrentia, hoc Exod. XXIII : 16, illud Num. XXVIII : 26, hic in sensum venire non possunt. Tertii festorum maiorum nomen חַג הַמִּצוֹת, ubicunque invenitur, in Chaldaea versione redditur חַגַּא דְּמִטְלָא (festum tabernaculorum); aliud huius festi nomen חַג הָאֶסְפִּיקָה, quod legimus Exod. XXIII : 16; XXXIV : 22, expressit interpretes חַגַּא דְּכִנְשָׁא (festum collectionis). Mensis septimi dies decimus, dies expiationis יוֹם הַכְּפוּרִים dictus, ad litteram semper redditur יוֹמָא דְּכַפּוּרִיָּא (dies expiationis); Anni Sabbathici nomen שְׁמִטָּה Onkelosus indicavit per nomen, quod idem ac vox Hebraea significat et eodem fere modo sonat שְׁמִטָּתָא, annus tandem Jubilaeus, Hebraice vel שְׁנַת הַיּוֹבֵל vel simpliciter יוֹבֵל dictus, continuo indicatur eodem modo atque in textu Hebraeo שְׁתַּא דְּיּוֹבֵלָא (annus Jubilaeus) vel יוֹבֵלָא (Jubilaeus). — Eadem constantia observatur in transferendis sacerdotalium nominibus, quorum denique pauca tantum in memoriam vocare lubet. Nomen אֶפֶסֶד ubicunque occurrit assidue vocatur חַשְׁן; sic vocabulum חַשְׁן omnibus locis vertit חַשְׁנָא (quod convenit cum Hebraeo et aeque

atque illud originem debet stirpi Arabicae حَسَنٌ (bonus, pulcher, elegans fuit); in sermone Arabico eadem vox exstat حَسْنٌ (pulchritudo); patet igitur nomen „pectorale“, quo vulgo vocatur, probari posse omnino quia Choschen illud sacerdotis pectori affixum erat; melius tamen exprimi „ornamentum“, tribus locis quibus additur vox חֹשֶׁן vertit חֹשֶׁן דִּינָא (Choschen iudicii); אֲרָיִם וְתַמִּיּוֹם denique perpetuo vocat אֲרָיִם וְתַמִּיּוֹת (lucis et perfectiones).

Sed haec nunc quidem sufficiant exempla. Magnum sane pro versionis integritate nobis praebent argumentum, sed nondum satis validum. Si quidem omnes voces dicendique formulas eodem semper modo conversas reperiremus supervacaneum esset omnino hanc in rem ulterius inquirere. At obiici posset ab adversariis: „Quae  
 „allata sunt exempla his de vocibus valeant formulisve,  
 „valeat etiam de pluribus eas eodem modo continuo  
 „esse redditas, negari autem non potest de omnibus  
 „hoc non valere. Quam multa enim obvia sunt exempla  
 „vocum formularumque hoc loco quam illo prorsus aliter  
 „translatarum! Conferantur e. g. Genes. I : 2 et Deuter.  
 „XXXII : 11; utroque loco legitur verbum רָרַף,  
 „utroque loco occurrit in eadem specie Phi"el,  
 „priori vero redditur נִשַׁב (flare), altero autem חִפְּףָה  
 „(tegere); conferantur porro Genes. XV : 1 et Numer.  
 „XXIV : 4, 16, tribus illis locis adest vox מְדַוָּדָה,

„ in his vero transfertur רָוָה (visio), in illo רָוָה  
„ (prophctia), quae exempla multis aliis augeri possent;  
„ num ex his quoque pro integritate petes argumentum? „  
Negari non potest eiusmodi diversitatis exempla haud  
pauca reperiri, at num quaeso ex iis statim argumenta  
petamus contra integritatem? nonne rectius, priusquam  
iudicium faciamus, examen instituemus, nonne idoneis  
ex caussis fortasse explicari possit cur multa saepius  
obvia non eodem semper modo reddiderit? et eius-  
modi caussae si adsint, num ex illa discrepantia  
tunc probari potest quod probatum volunt adversarii?  
Nonne potius quam de integritate protulimus sententiam  
affirmare coacti erunt, nonne enim tunc luce clarius  
patebit interpretem haud inconsiderate egisse, at contra  
secundum quas sibi ipse proposuerat leges opus suum  
perfecisse? Ut igitur pateat quid hac de re sit statuen-  
dum, eiusmodi examen instituere ne moremur.

B. Antequam ad ipsum opus transeamus monere lubet  
nos hoc in examine nondum omnes difficultates solvere  
posse; nonnullae e medio tollendae non sunt nisi praemissa,  
quam in altera huius disquisitionis parte instituendam  
nobis proposuimus, disquisitione de interpretandi me-  
thodo quam secutus est Onkelosus. Ab allatis igitur  
incipiemus exemplis.

מְרַחֵפֶת Genes. I : 2 vertit מְנַשֵּׁבָא (partic. act. in Pha'el, flabat) יִרְחֵף Deut. XXXII : 11 reddidit מְתַרְוֵפֶף (obteget). Priore loco מְרַחֵפֶת est praedicatum subiecti רוּחַ אֱלֹהִים atque ideo hocce praedicatum aliter quam מְנַשֵּׁבָא transferre non ausus est (cur ita infra patebit); altero loco Jahve comparatur cum aquila supra pullos volitante, quod Onkelosus verbo מְתַרְוֵפֶף commode reddere potuit. Verbo autem נָשַׁב quominus uteretur ipsa cum impedivit imago. Nonne enim ineptum admodum esset loqui de aquila supra pullos spirante, ad alterius erga alterum amorem indicandum? Haud igitur gravissima sine caussa utroque loco diversum adhibuit verbum.

מְתַרְוֵפֶף Genes. XV : 1 vertit נְבוֹאָה (prophetia). Numer. XXIV : 4, 16 conservavit רָוִי (visio). Geneseos Capite XVto memoratur promissio divinitus Abrahamo facta de futura posteritate numerosa; quae igitur Abrahamo dicuntur quasi vaticinio continentur, atque ergo suo iure Onkelosum scripsisse נְבוֹאָה nemo non concedet. Numerorum Capite citato contra, quo continetur Bileami historiae pars, ratio philosophica cum prohibuit quominus eadem uteretur voce; est enim מְתַרְוֵפֶף his colis obiectum verbi רָוִי (vidit). Num autem vaticinium vel prophetia annumerari potest rebus spectandis? Et quid igitur aptius erat quam quod ad litteram vocabulum redderet?

נֶפֶשׁ דְּחַיָּה vel נֶפֶשׁ דְּחַיָּה Genes. I : 20, 21, 24; II : 19;  
IX : 10, 12, 15, accurate reddidit נֶפֶשׁא דְּחַיָּה (anima  
viva) Genes. II : 7 autem prorsus aliter formulam reddi-  
dit scil. רִוְחָא מְמַלְלָא (spiritus loquens). Quae diversitas  
inde explicari potest, quod iis, quos priores ordine  
posuimus, locis sermo est de animalibus, homine excluso,  
Genes. II : 7 contra de homine tantum cogitari potest ;  
prioribus locis de entibus ratione non praeditis, altero  
de ente rationali mentio fit ; quod discrimen melius et  
felicius quam Onkelosus indicavit revera indicari non  
potuit. <sup>1)</sup>

נָוַע Gen. VI : 17 ; VII : 21 ; Numer. XVII : 28 ;  
XX : 3, 29 transtulit מוֹת (mori) Genes. XXV : 8,  
17 ; XXXV : 29, XLIX : 33 pro eadem voce legimus  
אֶחְסְרִי (abstractus est, sublatus est). Neque est quod  
mirerur sic eum egisse, nam Gen. XXV : 8. vertenda  
ei erat sententia וַיָּנַע וַיָּמָת אַבְרָהָם. Quid autem legisses,  
si consuetam conservare voluisset versionem nonnisi  
hunc sensum ineptum atque indecorum וַיָּמָת אַבְרָהָם  
(et mortuus est et mortuus est Abrahamus)? Nonne  
igitur usitatae formulae aliam substituere coactus erat ?  
Idem valet de sectione 17<sup>a</sup>, ubi de Ismaële iis-

1) Cf. Luzzattus l. l. p. 10.

dem verbis memoratur וַיִּגְזַע וַיִּמָּחַ, uti et de Capitis XXXVI sectione 29<sup>a</sup>, a verbis incipiente וַיִּגְזַע וַיִּמָּחַ. Denique vox גִּיעַ occurrit Num. XVII: 27, qui autem locus hic in sensum venire non potest, quippe qui illustratum et explicitum potius quam translatum ante oculos se nobis praestet. Eiusmodi locos ad litem de integritate dirimendam nihil quidquam valere sponte intelligitur.

כֶּכֶר Genes. XIII: 10, 11, 13; XIX: 17, 25, 28, 29; Deuteron. XXXIV: 3 vertit מַיִשָּׁר (planities, vallis) Exod. XXV: 39; XXXVII: 24; XXXVIII: 24, 25, 27, 29 reddidit כֶּכֶר (massa, deinde talentum). Nec mirum. Locis enim, quibus priorem ordine positam vocem adhibuit, vocabulum Hebraicum locum indicat quendam planum, et ubique, licet diserte non indicetur, intelligenda est vallis Jordanensis atque ideo vocis מַיִשָּׁר optio haud infelix dici potest. Ceteris autem locis indicatur quantitas auri vel argenti vel aeris ad hoc illudve conficiendum adhibenda. Nunc si observemus vocabulum Hebraicum proprie significare „orbem“, deinde „massam“, et postea adhibitam fuisse de massa quadam constituta, de talento scilicet, facile quoque perspicemus, quam causam ductus non verterit מַיִשָּׁר; haec enim vox locis secundo ordine allatis nequaquam commodum praerberet sensum.

נָחַם ubi de Jahve adhibetur Genes. VI: 6, 7 interpretatus est תָּבַב בְּאִימָרָיו (rediit in verbum suum, h. e. in se ipsum) Exod. XXXII: 13, 14 simpliciter expressit תָּבַב (rediit). Locos Numer. XXIII: 23 et Deuteron. XXXII: 36 explicuit et illustravit potius quam vertit; hi igitur de integritate iudicandi norma accipi nequeunt. Exod. XXXII memoratur Israëlitas vitulum fecisse aureum, quo facto Jahvae ira in eos accensa est ita ut gravissimas de populo poenas se accepturum minaretur, Moysae autem pro gente sua intercedente Domini iram Eiusque fervorem placatum esse. Sectione 13a precatur Moyses Dominum poeniteat de malo in populum cogitato, sect. 14a legimus Jahven revera propter malam, quod se populo infecturum esse minatus erat, poenituisse; utroque colo legimus formulam נָחַם עָלַי (colo 13o in Imperat. 14o in Imperfecto speciei Niph'al). Optime igitur sibi constitit interpres reddendo תָּבַב מִן בִּישְׁתָּא (redire a malo). אָרַם יָדוֹ Genes. XIV: 22 illustravit אָרַם יָדוֹ (extollere manum ad precandum) Gen. XLI: 44; Exod. XVII: 11; Numer. XX: 11 simpliciter vertit אָרַם יָדוֹ (extollere manum). Quod sic sese habet. Genes. XIV exeunte memoriae traditur Sodomae regem ab Abrahamo devietum hunc orasse ut vitae parceret suae. Cui Abrahamus respondet sese manum extulisse ad Jahven



(*הָרַמְתִּי יָדַי אֶל יְהוָה* sic loquitur) atque igitur promississe vel potius iurasse ne calceamenti corrigium quidem se a rege accepturum esse. Propter quae leguntur verba *אֶל יְהוָה וַגּוֹ'* interpres putavit indicare Patriarcham se coram Jahve preces effusisse, ex quo explicandum quod addiderit illud *בְּצַלֵּךְ* (ad precandum). Exod. XVII inde a colo 18<sup>o</sup> memoriae traditur, quod cum Amalekitis gesserunt Israëlitaee bellum, quo hi victoria gaudebant Moyse in altum tollente manus, adversa autem fortuna utebantur eo paullum tantum manus remittente. Potuit ergo hic simplicissima uti versione *וַיִּרָם* atque eo maiore iure, quum in textu Hebraeo non sequitur *אֶל יְהוָה* vel formula similis. Denique Num. XX : 11 occurrit narratio de Israëlitis propter aquae inopiam murmurantibus, quare Jahve Moysen iussit populum in manum sumpta virga congregare, ex rupe porro exire aquam iubere. Moyses vero in populum indignatus manum sustulit in altum et deinde rupem virga bis percussit. In textu Hebraeo cum legimus : *וַיִּרָם מֹשֶׁה אֶת יָדוֹ*, facile intelligitur Moysen ad precandum non elevasse manum. Aptiorem igitur quam praebuit versionem *וַיִּרָם מֹשֶׁה יָת* (et Moyses extulit manum suam) adhibere eum non posse nemo omnino negabit.

*אֱלֹהִים* (non de unico Dei sed de deastris ubi adhibetur) Genes. XXXI : 30, 32; Exod. XII : 1, 4, 31;

XXXIV : 17; Levitic. XIX : 4; Deuteron. XXXII : 17, 37 Onkelosus reddidit דְּרַחֲלִין (propr. timores, deinde id quod timorem praebet, idola); Exod. XII : 12; XXIII : 24, 32, 33; XXXIV : 15, 16; Numer. XXV : 2; XXXIII : 4; Deuteron. VII : 16, 25; XII : 2, 3, 30, 31; XX : 18 habet טַעוֹן (errores); Exod. XXII : 20; VI : 14; XIII : 7; XXIX : 18, 26 legitur טַעוֹת עַמֹּתָא (errores gentium). Deuteron. IV : 7, אֱלֹהֵא (Deus, *ὁ Θεός*). Haec in Onkelosi interpretatione cernitur regula : דְּרַחֲלִין et adhibuit ubi intelligenda sunt idolorum simulacra, טַעוֹן et טַעוֹת עַמֹּתָא (hoc ubi Hebraice legitur אֱלֹהִים אֲחֵרִים vel etiam אֱלֹהֵי הָעַמִּים et אֱלֹהֵי הַגּוֹיִם; duae hae formulae semel tantum adsunt) si non de idolorum imaginibus sed de ipsis idolis est cogitandum. Quid vero statuendum de Deuter. IV : 7? Potestne ab eodem interprete, alias semper Dei nomen vitare consueto, hic quoque locus translatus esse? Certe. Hoc enim loco gentium diis, ut eo magis Israëliitarum prae ceteris gentibus praesentiam indicaret, ipsum Deum substituit. Legimus in textu Hebraico : כִּי מִי גוֹי גָדוֹל אֲשֶׁר לֹא אֱלֹהִים קְרִיבִים אֵלָיו, cuius interrogationis sensus perspicuus est et clarus huc rediens : Quacnam inter gentes est gens illa magna, cui Dei sui appropinquent sicut Israëliitarum Deus genti appropinquat suae? Onkelosus tamen hoc modo sensum reddidit : אַרְי מִן עַם רַב דִּי לִיָּהּ אֱלֹהֵא קְרִיב לִיָּהּ

(nam quis [est] populus magnus cui [sit] Deus appropinquans?) ita ergo intellexit: „Quaenam gens tam magna est, quae digna habeatur cui Deus appropinquet, sicut facere solet Israëlitis?” Hanc versionem cum interpretis methodo hermeneutica amice conspirare infra patebit. Observandum denique est eum locis Exod. XX : 3 et Deuteron. V : 7 (loci paralleli primum decalogi mandatum continententes) formulam אֱלֹהִים אֲנִי non solito more, sed ad litteram transtulisse אֱלֹהֵי אֲחֵרִים (Deus alius). Cur ita fecerit haud difficile intelligitur. Totam quaestionem solvit Luzzattus rogans: (l. I. pag. 2) אֵיךְ אָמַר לָא יְהוָה לָךְ? טַעֲמוֹת עֲמֻנָּה בַר כּוֹנֵן? (animadvertendum enim reddidisse eum hoc mandatum: „Non erit tibi Deus alius praeter me.”) Interpretem numero singulari usum esse neque ut in textu Hebraeo pluralem adhibuisse numerum dogmatica ex causa est petendum, qua de re mox agetur.

וְדַע, ubi indicat posteritatem, Genes. III : 15; IX : 9; XII : 7; XIII : 15, 16; XV : 5, 13, 18; XVI : 10; XVII : 7, 8, 9, 10, 12, 19; XIX : 32, 34; XXI : 12; XXII : 17, 18; XXIV : 60; XXVI : 4, 24; XXVIII : 4, 13, 14; XXXII : 12; XXXV : 12; XLVI : 6; XLVIII : 4, 11, 19; Exod. XXVIII : 43; XXX : 21; XXXII : 13; Levit. XVIII : 21; XXI : 17; XXII : 3; XXIV : 7; Numer. XIV : 24; XVIII : 19;

XXIV : 7; XXV : 13; libri Deuteronomii tandem, quibuscunque locis ea significatione vox obvia est, transtulit בְּנֵי (filii); Genes. XXXVIII : 8, 9; XLVI : 6; Levit. XX : 2, 3, 4; XXI : 21; XXII : 4; Numer. XVII : 5 habet זֶרַע (semen); Genes. IV : 25; XXI : 13; XXIV : 7; XXVI : 3, 4; Exod. XXXIII : 1; Levitic. XXII : 13 legitur בֵּר (filius); denique Genes. XV : 3 occurrit versio וְלֵד (proles, natus). — Quem ultimum recensuimus locum primum tractemus. Animadvertendum autem solitam versionem esse בְּנֵי, cui interdum substitutam invenimus זֶרַע; quaestio erit igitur quidni semper adhibuerit בְּנֵי. Quae hoc loco adhibetur versio aptissima omnino est dicenda; si enim Abrahamus ab Onkeloso propositus esset dicens: לֹא לִי יִהְיֶה בְּנֵי (non mihi dedisti filios), statim quis obicere posset: „Quod necessarium non erat, unus enim filius ad genus procreandum sufficit“; si voce בֵּר usus esset, eodem modo in medium proferri posset: „num igitur filia ei erat?“ Dum autem verterit וְלֵד, Abrahamum indicare se progenie prorsus esse destitutum omni dubio maius est, licet negari nequeat cum verbum זֶרַע quoque adhibere potuisse. Quod ad aliam, quam adhibuit versionem, בֵּר attinet, opus est disquisitione singularis de locis instituenda. Accurate qui legit Genes. IV : 25 facile assentietur interpretem numero plurali

quominus uteretur ipsius narrationis, qua vox occurrit, indole prohibitum fuisse; vix enim Heva, nato sibi Setho, cuius filii nominis hoc loco interpretatio proponitur, dicere potuit: „Deus mihi dedit filios alios.“ Genes. XXI: 13 Jahve de Ismaële loquens Abrahamo dicit: כִּי יָרַעַה הוּא, nec dubius haerere potuit interpres quomodo sensum redderet. Cap. XXIV: 7. Abrahamo divina fit promissio לְיָרַעַה אֲנִי אֶת הָאָרֶץ הַזֹּאת, ne autem versionis lector imperitus cogitaret etiam de filiis ex pellicibus natis, Onkelosus necessariam duxit interpretationem per verbum numero singulari positum, ita ut statim cogitaret de filio κατ' ἐξοχῆν, de filio promisso, de Isaaco. Genes. XXVI: 34, Jahve Isaaco pollicetur Cananaeam se regionem ei posterisque eius daturum esse eiusque genus se multiplicaturum esse; hoc loco interpres numerum adhibuit singularem בַּר, ne forte quis putaret promissionem illam ad Esavum aequè atque ad Jacobum spectare. Levitic. XXII: 13 eadem fere valent, quae de Genes. XV: 3 diximus; observandum tamen est hic וְלֵךְ non legi sed בַּר; sic optime fortasse interpretis mentem percipimus, si sensum hoc modo expressum proponamus: „Et sacerdotis filia, vidua si erit et repudiata neque unus quidem ei erit filius, h. e. et prole erit destituta.“ — Difficilius investigatur causa, cur etiam Exod. XXXIII: 1 exhibeat בַּר; in eo fortasse latet quod Jahve Israëlitis

in memoriam revocet promissum, quo pollicitus est se terram Cananacam daturum semini Abrahami, Isaaci et Jacobi; quia vero interpretes nunquam de Abrahami et Isaaci prole, terram promissam semel possessura, numero plurali loquitur, hic quoque ne a consuetudine recederet necessarium iudicasse censendus est. In usu verborum בְּנֵי et יָרַע certa, quam secutus videtur, norma investigari nequit; sunt omnino loci quibus יָרַע occurrit, eam ut patet ob causam, quod בְּנֵי vel בָּר vel וְלָד e. g. Genes. XXXVIII : 8, 9, ut quisque statim perspiciet, sensum praerberet magis minusve ineptum; in universum interpretes inter verba בְּנֵי et יָרַע nonnunquam haesitasse videtur, quoniam vocabulo uteretur (conferatur e. g. Levitic. XX : 2, 3, 4, cum XVIII : 21). Hoc vero constat eum nusquam adhibuisse בְּנֵי, ubi melius בָּר usurpasset vel וְלָד vel יָרַע.

יָרַע triplici vertit modo קְרוֹן (urbes, civitates), יָרַע (porta) et יָרַע בַּיִת דִּין (porta domus iudicii). Huius diversitatis causa in promptu est. Quae primo loco indicatur versio occurrit Genes. XXII : 17; XXIV : 60 (his locis Hebraice usurpatur numerus singularis יָרַע); Exod. XX : 10; Deuteron. V : 14; XII : 12, 15, 17, 18, 21; XIV : 21, 27, 28, 29; XV : 7, 22; XVI : 5, 11, 14, 18; XVII : 2, 8; XVIII : 6, XXIII : 17; XXIV : 14; XXVI : 12; XXVIII :

52, 55, 57, XXXI : 12 (his locis Hebraice nomen legitur numero plurali cum affixo pronomine masculino 2ae personae singularis שְׁעָרַיִךְ). Versio ordine memorata secunda legitur Genes. XIX : 1; XXIII : 10; XXVIII : 17; Exod. XXVII : 16; XXXIII : 26, 27; XXXIX : 40; XL : 8, 33; Numer. IV : 26; Deuteron. VI : 9; XI : 20; XXII : 24 <sup>1)</sup>; vocabulum denique שְׁעָרַיִךְ בְּיַד דֵּין invenitur Deuteron. XVII : 5; XXI : 19; XXII : 15. — Quod ad locos attinet, qui versionem exhibent קָרוֹיִן, patet accurata instituta lectione vocem שְׁעָרַיִךְ improprio sensu esse sumendam et significare territorium, quapropter etiam interpretes, sibi si vellet constare, vix accuratius vocabulum illud reddere potuisset quam „civitates“, vel „urbes.“ Locis, quibus vertit שְׁעָרַיִךְ, verbum Hebraicum non alium nisi proprium sinit sensum; significat „ianuam“ seu „valvam“; et his igitur locis quam accuratissime egit. Ceteris tandem locis, quibus obvia est vox, interpretem haud ex arbitrio, sed contra, optimi interpretis partes egisse iterum patebit, si bene locos

---

1) His locis non indicavimus utrum singulari occurrat numero an plurali, quia singularem numerum interpretes reddidit per singularem, pluralem per pluralem. Locis autem Genes. XXII : 17 et XXIV : 60, etsi textus Hebraeus numerum exhibeat singularem, aequè atque ceteris locis reddidit קָרוֹיִן. Non necessarium videtur indicare quam ob causam ita fecerit.

illos perspexerimus. Deuteron. XVII : 5 praecessit mandatum de vitanda idololatria uti et indicatio de modo, quo agendum sit cum iussum hoc violantibus. Vir vel mulier, eiusmodi si perpetraverit scelus, educetur אל שעריה, ubi lapidibus obruetur. Hic ergo שערים locus est intelligendus, quo de reis poenae sumuntur; quo igitur meliore modo interpretes exprimere eum potuisset quam יַרְע בַּיִת דִּין, portam domus vel loci iudicii, loci, quo iudicium exercetur? — Cap. XXI : 19, agitur de filio in parentes rebellante, monitis parentum non auditis, educendo ad urbis proceres et אל שער סוקו, ubi, aequae atque qui memorantur XVII : 5 idololatrae, lapidibus obruetur; שער igitur et hic est locus, quo poenae a reo sunt solvendae, atque ideo facile perspicitur cur hoc quoque loco interpretes noster vertendum esse statuerit יַרְע בַּיִת דִּין. Capite tandem XXII : 5 Onkelosum etiam rectissime eandem adhibuisse vocem, quicumque accurate pericopen, qua obvia est, legerit lubentissime concedet.

בַּחֲנִי, quod vocabulum in Pentateucho semel et centies occurrit, in Onkelosi versione centum locis translatum legimus כַּשְׂרִיא (castra, turma vel acies; plane respondet Hebraeo), uno autem loco Num. XIII : 19, פַּצְחִין (pagi, villae) redditum occurrit. Inde explicandum est quod sibi opponuntur בַּחֲנִי et כַּבְּצִירִים



castra et munimenta, quam antithesin libera interpretatione Chaldaeus expressit פְּצְרוֹן et כְּרִכִּין, pagos et urbes munitas. Cacterum Onkelosum a versione interdum liberrima haudquaquam alienum fuisse in altera huius speciminis parte fusius indicabitur.

מִשְׁכָּן apud Onkelosum semper dicitur מִשְׁכָּנָא (tabernaculum), excepto loco Num. XXIV : 5<sup>1)</sup>, ubi habet בֵּית מִיִּשְׂרָאֵל (domus planitici). Quod mirum videri non potest dummodo animadvertamus eum huius loci, Bileami verba continentis, commentarium potius quam versionem dedisse.

אֵלֶּי Gen. IV : 20 reddidit מִשְׁכְּנָיִן (tabernacula), Genes. IX : 21; XIII : 5; XVII : 1, 2, 6, 9, 10; XXIV : 6, 7; XXXI : 33, 34; Exod. XVI : 16; XVIII : 7; XXXIII : 8, 10; Levitic. XVI : 8; Numer. XI : 10; XVI : 26, 27; XIX : 14, 18; Deuteron. I : 27; V : 30; XI : 6; XVI : 7 verbit מִשְׁכָּן (tabernaculum) Genes. XXV : 27 בֵּית אֵלֶּיפֶנֶא (domus doctrinae) Num. XXIV : 5 אֶרֶץ (terra). — Genes. IV : 20 numero plurali reddidit, quia in voce אֵלֶּי notio collectiva perspicua est; Cap. XXV : 27 sibi opponuntur Esavus et Jacobus; ille dicitur אִישׁ

---

1) Observandum est hoc loco aequae atque eiusdem libri Cap. XVI : 24, 27 de *Sanctuario* mentionem fieri.

אִישׁ הֵם יֹשֵׁב אֲהָלִים, hic autem יִרְעֵ צִיר אִישׁ שָׂרָה. Versionem בֵּית אֵילָפָנָא originem debere Jacobi attributo אִישׁ הֵם affirmare non dubito; si enim solitam etiam hic adhibuisset vocem מִשְׁכָּן, facile quis rogaret: „At in quam re perspicua erat Jacobi probitas? Eane, quod tentorium habitabat? Non probabile est.“ Jam vero cum reddidit „domum doctrinae“, nemini non patet cur Jacobus homo dicatur probus. Denique ad versionem אָרַע Num. XXIV : 5 conferatur quod supra pag. 30 monuimus de vocis שַׁעַר versione קָרוֹן. Accedit quod eolum hoc ad locos pertinet, quos liberrime vertit interpres.

אֲהָלִים, ubi adhibetur de tabernaculo, omnibus, quibus occurrit locis, redditum invenimus מִשְׁכָּן (tabernaculum), exceptis Exod. XL : 19 et Numer. III : 25, ubi legimus vocem פָּרֹס (tentorium, auleum). Accurata horum locorum lectio huius agendi rationis causam statim indicat. Concurrit utroque loco אֲהָלִים cum מִשְׁכָּן, ita ut interpres, nisi ineptam praebere vellet versionem, coactus esset aliud adhibere verbum.

אֲהָלִים מוֹעֵד. Centies tricies bis hoc vocabulum in Pentateucho obvium est, et, duobus locis exceptis, semper redditur מִשְׁכָּן וְזִמְנָא (tabernaculum conventus); זִמְנָא proprie significat tempus constitutum, aequae atque Hebraeorum מוֹעֵד, deinde locum, quo statuto tempore congregantur (cf. Buxtorfii Lexicon Chaldaicum, Tal-

udicum et Rabbinicum pag. 675 sq.). Loco Exod. XXXIII : 7, ubi nomen bis occurrit, in versione legitur מִשְׁכַּן בֵּית אֹהֶל־מִוֶּדָע (tabernaculum domus institutionis). — Quod hoc loco ita vertit sine dubio cohaeret cum eo, quod sectione exeunte memoratur quivis Jahven quaerens ad tentorium conventus sese contulisse. Quivis Jahven quaerens, כָּל־מְבַקֵּשׁ יְהוָה, ab Onkeloso proponitur tanquam quaerens doctrinam a Jahve; illi sese contulerunt ad tabernaculum, quod ergo ex Onkelosi mente erat locus, quo doctrina comparari poterat, domus igitur doctrinae; itaque iure suo a consuetâ recessit versione et reddidit, sicut indicavimus, מִשְׁכַּן בֵּית אֹהֶל־מִוֶּדָע. Cur Jahven quaerentes tanquam ab Eo doctrinam petentes proponantur hic exponendi locus non est; infra patebit.

שבת Genes. II : 2, 3; Exod. XVI : 30; XXIII : 12; XXXIV : 21; Levitic. XXIII : 32 transfertur נִוָּח (quiescere), Genes. VIII : 22 vertitur כָּפַח (cessare), Levitic. XXV : 2; XXVI : 34, 35 redditur שָׁמַט vel אֲשָׁמַט (dimitti vel intermittere). Postquam egerimus de interpretatione verborum שָׁבַת, שְׁבַת שְׁבַתוֹן, שְׁבַתוֹן, facile perspicui poterit huius agendi rationis caussa.

שָׁבַת Exod. XVI : 23, 25, 26, 29; XX : 10; XXXI : 15, 16; XXXV : 12; Levitic. XIX : 3, 30; XXIII : 3, 32, 38; Num. XXVIII : 10;

Deuteron. V : 14 redditum invenimus שַׁבְּתָהּ (sabbathus), Levitic. XXIII : 11, 15<sup>a</sup> legimus יוֹמֵי טָבָה (dies bonus); ibid. colo 15<sup>b</sup>, 16 שְׁבוּעָה (hebdomas), Cap. XXVI : 2 יוֹמֵי שַׁבְּיָהּ (dies sabbathorum), colo 34, 35 שְׁמִטָּה (intermissio). Cur Levitic. XXIII : 15<sup>a</sup> verterit יוֹמֵי טָבָה facile perspicitur; eundem enim, quem sect. 11a, intelligamus Sabbathum necesse est. Quod autem vs. 11 eadem usus est versione inde explicandum videtur, quod Jahve de Sabbatho Paschatis festo praeunte loquens inducitur. Facilius investigatur, qua ductus caussa sect. 15<sup>b</sup> et 16 expresserit שְׁבוּעָה; iubentur Israëlitae inde a Paschatis Sabbatho, ab illo die, quem interpres vocavit יוֹמֵי טָבָה, numerare שִׁבְעַת יָמֵי שַׁבְּתוֹתָהּ h. e., ut sponte intelligitur, septem dies Sabbathicos cum intercedente tempore, septem igitur hebdomades. Num ergo versio שְׁבוּעָה indicat a diversis viris originem repetere versionem? Nonne potius magnum pro integritate praebet argumentum? Sed etiam videndum est de versione שְׁמִטָּה, quam adhibuit Levitic. XXV : 34, 35. — Hoc loco Jahve loquitur de Sabbatho, quo terra gaudebit, eiectis ex illa malum in se molientibus, quem Sabbathum interpres non alium esse putavit nisi Sabbathum post annos septem universae terrae redeuntem, qui Hebraice etiam vocatur nomine שְׁמִטָּה (Deuteron. I : 2, 9; XXXI : 10). Levit. XXVI : 2 iubentur Israëlitae

observare Sabbathos, h. e. quemvis Sabbathicum diem, quod verti igitur potuit יָמֵי שַׁבָּתַי. — Denique eiusdem vocis semel occurrit translatio נִיָּה (quies), Levit. XXIII : 42. Hoc loco huius vocis usus tribuendus videtur interpretis studio textum Hebraeum quam accuratissime reddendi. In textu Hebraeo legitur formula תִּשְׁבְּתוּ שַׁבְּתֹכֶם; verbum תִּשְׁבְּתוּ vero redditur idque optime תִּנְחֲרוּן (quiescetis), qua versione coactus fuit alteram vocem, si voce sono praecedenti simili exprimere eam vellet, transferre נִיָּה.

שַׁבְּתוּ שַׁבְּתוֹן, Exod. XXXI : 15; XXXV : 2; Levit. XVI : 31; XXIII : 3, 32 ab Onkeloso redditur שַׁבַּת vel (apocopata littera ת, quod in sermone Chaldaeo saepius fit, cf. Winer, Grammat. § 6 lit. c. 1) שַׁבְּתָא שַׁבְּתָא (Sabbathus Sabbathorum); Levitic. XXV : 4 שַׁבְּתָא שַׁבְּתָא נִיָּה (quies, remissio). Altera haec versio facile ex calamo ei effluere potuit. Levit. XXV enim agitur de anno Sabbathico, qui, ut iam saepius memoravimus, etiam vocatur nomine שַׁבְּתָא. Quam ordine priorem indicavimus versionem ne quis miretur; non est nisi verborum Hebraeorum quam accuratissima translatio.

שַׁבְּתוֹן Exod. XVI : 23 reddidit שַׁבְּתָא; Levitic. XXIII : 24, 39; XXV : 5 habet שַׁבְּתָא (remissio) Priore loco ad litteram vocabulum reddidit. Levitic. XXIII : 24 agitur de novilunio festo septimi mensis,

quo die, aequae atque Sabbatho, omnis prohibitus erat labor; erat igitur non Sabbathus ordinarius sed potius laboris intermissio; merito ergo huius diei nomen expressit שַׁבְּוֹתָא. Sectione 39 agitur de festi tabernaculorum die primo et octavo, quibus etiam diebus omnis remittendus erat labor; eadem ergo voce uti potuit interpres, quae usus est sectione 24. Capite denique XXV eiusdem vocabuli usus intelligitur e mentione, quae hoc loco fit de anno Sabbathico.

כֹּהֵן. Hanc vocem quadruplici modo vertit Onkelosus. Genes. XIV : 12 reddidit כּוֹשֵׁי־פָּנִים (minister), Genes. XLVII : 22, 26 vertit, כּוֹמְרֵי־אֵל (sacerdos idololatricus), Genes. XLI : 51; Exod. II : 16; III : 1; XVIII : 1 רִבְּאָה (princeps, praefectus), ceteris denique locis, numero ducentis octoginta, eodem utitur atque Hebraeus vocabulo כֹּהֵן. Nec in tenebris latet cur ita egerit. Genes. XIV : 18 narratur Melchisedecus fuisse כֹּהֵן לְאֵל עֵלְיוֹן, quo loco optime reddere potuit כּוֹשֵׁי־פָּנִים. Genes. XLVII : 22, 26 mentio fit de Aegyptiorum Sacerdotibus, ergo de ministris idolorum. Recte igitur adhibuit verbum כּוֹמְרֵי־אֵל, quod non usurpatur nisi de eiusmodi Sacerdotibus (cf. Buxtorf. Lexic. pag. 1052 et 1053). Genes. XLI narratur Josephus uxorem duxisse Asnetham, filiam Potipherae, כֹּהֵן אֵין; Exod. II : 16; III : 1; XVIII : 1 memoratur Jethro, כֹּהֵן מִדְּיָן. Etiam hic nonnisi On-

kelosi opus nos habere patet; nequaquam enim vim intulit voci Hebraeae derivatae a stirpe, in ipsa lingua Hebraea non obvia, sed in lingua Arabica usitata كَهَن (praesagivit); vocabulum כֹּהֵן, quod formâ plane convenit cum Araborum كَاهِن (Partic. act. Coniug. Imae), proprie indicat praefectum, principem. Quenam igitur vox vocabulo רִבָּא ad notionem accurate reddendam aptior est? Ceterum optime intellexisse mihi videtur Onkelosus Potipheram praefectum potius quam sacerdotem esse habendum. Ceteris locis, quibus reddidit כֹּהֵן, non intelligendi sunt nisi sacerdotes e stirpe Aäronis. Si quis rogat quidni etiam Melchisedecum כֹּהֵן vocaverit respondemus nos totum aenigma solvere non posse nisi altera disquisitionis parte.

כֹּהֵן הַגָּדוֹל Num. XXXV : 25, 28 redditur כֹּהֵן רִבָּא (sacerdos magnus) Levitic. XXI : 10 כֹּהֵן הַיִּתְרוֹ רִבָּא (sacerdos, qui magnificatur). Prioribus locis versio proponitur litteralis. Loco Levitici textus Hebraeus habet הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל מֵאַחֵי, quod ad litteram quidem vertere potuisset כֹּהֵן רִבָּא מֵאַחֵי (sacerdos fratribus suis maior), quae constructio sermonis Chaldaei indoli minime repugnat, eff. e. g. loci Genes. III : 1; IV : 13; XXXII : 11 aliique (v. Winer, Gramm. § 58), sed, quo nunc translatum legimus modo, כֹּהֵן הַיִּתְרוֹ רִבָּא (sacerdos, qui magnificatur, h. e. qui magno

in honore habetur, qui magnus est prae fratribus suis),  
dictionis elegantia haud parum augetur.

מִנְחָה Genes. IV : 3, 4, 5; Numer. XVI : 15  
vertit קִרְבָּנָא (oblatio), Genes. XXXII : 14, 19, 21,  
22; XXXIII : 10; XLIII : 11, 15, 25, 26 reddidit  
תְּקִרְוֹבְתָא (munus), ceteris locis numero 82 exhibet  
מִנְחָתָא, quod Hebraeo plane respondet. Locis, quos  
ordine recensuimus secundo, dona memorantur homini-  
bus oblata, non Deo, quae Chaldaice optime reddis  
תְּקִרְוֹבְתָא (Alexandrina versio his omnibus locis exhibet  
δῶρα). Geneseos Cap. IVto facile intelligitur quidni  
מִנְחָה reddiderit per מִנְחָתָא. Probabile est eum hanc vocem  
adhibere noluisse, ubi de cultu Mosaico non agitur.  
Difficilior tamen est quaestio cur etiam Numer. XVI :  
15 exhibeat קִרְבָּנָא. Exinde fortasse explicari potest  
quod verba, quae eodem loco praecedunt, אֵל תִּפְּן אֵל vertit  
לֹא תִקְבֵּל בְּרַעְיָא (noli cum delectatione accipere), cum  
qua formula vox קִרְבָּנָא saepissime coniuncta occurrit,  
ubi adhibetur pro Hebraeo אִשָּׁה (v. supra pag. 15).  
Hoc Capite facinus memoratur trium rebellium Korachi,  
Dathani et Abirami; eorum sacrificium, מִנְחָה dictum,  
quod, ne a Jahve observetur, precatur Moyses, revera  
non erat nisi sacrificium igneum. Recte interpretes אֵל  
לֹא תִקְבֵּל בְּרַעְיָא explicuit תִּפְּן אֵל. Quid autem facilius  
nunc fieri posset quam quod etiam hoc loco cum formula



ista sponte coniungeret vocem קָרְבָּן, atque eo magis, cum omnes assentiri debeant vocem hanc praeberere interpretationem haud ineptam?

Difficultatem quandam parere vocabula תְּנוּפָה et תְּרוּמָה, quod ad versionem attinet, negari non potest. Hoc enim vocabulum constanter redditur אֲרָמוֹתָא vel אֲרָמָא (elevatio, sacrificium elevationis) uno loco excepto; illud semper vertitur אֲפָרְשִׁיתָא (separatio) uno loco excepto. Exod. XXXVII: 24 autem תְּנוּפָה redditur אֲפָרְשִׁיתָא, Exod. XXXV: 24 תְּרוּמָה redditur אֲרָמוֹתָא. Videtur mihi hic adesse nodus non bene solvendus. Num autem hoc tanquam argumentum contra integritatem in medium proferri potest? Non credo. Quam vidimus versionem, alias eandem semper indolem offerentem, atque inde ab eodem viro profectam esse merito concludimus, uno hocce loco in fragmentorum compilationem transformari nequit. Ita fortasse aliquando nodum solvemus, si accipimus Onkelosum textu usum esse, quo hisce locis pro תר' legit תנ' et pro תנ' תר'. Fatendum quidem in editione Kennicottii horum verborum non indicari varias lectiones, at certissime codex, quo Onkelosus usus est, omnibus Kennicottii codicibus antiquior erat. Quomodo inter se permutata sint verba facile intelligitur, quia synonyma fere sunt habenda, de eodem sacrificio adhibita. Quae coniectura eo magis sese

commendat, quo magis persuasum nobis est de versione ex unius viri calamo profecta, quo magis etiam constantem interpretis observamus consuetudinem תְּנוּפָה semper אֲרָמָא vel אֲרָמוֹתָא, alterum illud תְּרוּמָה semper אֲפִרְשֹׁתָא reddendi. Fieri etiam posset ut librariorum incuria vocabula inter se essent permutata, quod mendum in omnes deinde transiit codices postea scriptos. Hoc loco autem nihil certi statuo. Observandum est insuper interpretem אֲרָמָא reddidisse, ubi תְּנוּפָה obiectum est verbi הִנִּיחַ (excepto uno loco Levit. VII : 30, ubi alteram habet vocem) uti et Levit. XIV : 21, ubi construitur cum לִקְחָהּ. Denique Num. XV : 20a liberius vertit verba כְּתֻרֹמֹת וגו' per אֲרָמָא מִן אֲרָמָא וגו' (ut quae separantur ab area); etsi hic non solito more verbum reddiderit, tamen ex Participio כְּתֻרֹמֹת satis perspicue patet eum haudquaquam illud neglexisse, sed optime ad ipsum verbum respexisse.

הַטָּאָה, ubi significat „sacrificium pro peccato“ nonages et quinques occurit redditum הַטָּאָתָא, cui voci eadem ac Hebraeae inest notio, excepto Num. XV : 25, ubi redditur הַזָּבָח (culpa). Huius diversitatis causa mihi non perspicua est; latet fortasse in utriusque vocabuli significatione synonyma.

זָבַח et זָבָחִים Genes. XLVI : 1; Exod. XII : 27; XXXIV : 25<sup>b</sup>; Levitic. XVII : 27; Numer. XXV :

2 vertit דְּבַחַת, דְּבַחַת (victimae); Exod. X : 25 ; XVIII : 12; Levitic. XVII : 8 ; XXII : 27; Numer. XV : 3, 5, 8; Deuteron. XII : 6, 11, 27; XXXIII : 19 reddidit נִכְסֵי קִדְשֵׁיין (hostiae sacrae); Exod. XXIII : 18; XXXIV : 25<sup>a</sup> transtulit פֶּסַח (Pascha); loci denique Genes. XXXI : 54; Levitic. VII : 16, 17; Deuteron. XXXII : 38 habent נִכְסֵי (hostia). Omnes difficultates hic e medio tolli nondum possunt. Animadvertendum est omnibus locis, quibus vox coniuncta occurrit עם עֹלָה, iisque tantum, interpretem adhibere versionem, quam ordine indicavimus secundam. Exod. XXIII : 18; XXXIV : 25<sup>a</sup> legitur mandatum : לֹא תִזְבַּח עַל הַשֶּׁחֶט (pro תִּזְבַּח legimus Cap. XXXIV תִּזְבַּח, quod eodem tamen redit). Hoc igitur iussu vetatur Paschatis sacrificio immisceri quodcumque fermentatum est; interpres vocum תִּזְבַּח (Hebr. תִּזְבַּח, permutata littera ז cum ע) et פֶּסַח antithesin dedit; פֶּסַח enim omne excludit fermentatum. Difficilior autem est quaestio, cur etiam in versione adhibuerit vocabula דְּבַחַת et נִכְסֵי. Si observamus verba illa esse synonyma, difficultas aliquatenus non prorsus disparet; rogare enim quis posset: „Qua de caussa nova haec introduxit vocabula? quidni servavit vel דְּבַחַת vel נִכְסֵי קִדְשֵׁיין?“ Ut iam observavimus, posteriorem vocem non adhibuit, nisi דְּבַחַת עם עֹלָה coniunctum sese offerret. Excipitur quidem

Deuteron. XXXIII : 19, sed locus ille poëticus admodum, quem, ut cetera carmina, liberrime vertit, iudicandi normam nobis praebere non potest. Ceteris locis **וּבַח** cum **עוֹלָה** non coniungitur, quapropter additamentum **קוֹדֶשִׁין** omisit interpres. Ergo facile intelligitur quare **נִכְסָא** cum synonymo saepius permutaverit, imprimis si observamus eum hoc modo eiusdem vocis frequentem repetitionem vitasse, et sic pulchriorem et elegantiozem praebuisse versionem.

**קְטֹרֶת** Exod. XXX : 1, 8, 9, 27, 35, 37; XXXI : 8; XXXV : 15<sup>a</sup>; XXXVII : 25; XL : 5; Levitic. X : 1; XVI : 13<sup>a</sup>; Num. VII : 14, 20, 26, 32, 38, 44, 50, 56, 62, 68, 74, 80, 86; XVI : 7, 17, 18, 35; XVII : 5, 11, 12; vel sequente **סָמִים** Exod. XXV : 6; XXX : 7; XXXI : 11; XXXV : 8, 15<sup>b</sup>, 28; XXXVII : 29; XXXIX : 38; XL : 27; Levitic. IV : 7; XVI : 12 reddidit **קְטֹרֶת** **בְּסִמִּין** (suffitus aromatum); uno loco Levitic. XVI : 13<sup>b</sup> simpliciter vertit **קְטֹרֶתָא**. Quod hoc modo explicari potest. Sponte intelligitur qua de causa locis, quibus adest **סָמִים**, reddiderit **בְּסִמִּין קְטֹרֶת**; est versio litteralis. Ut vero indicaret de eodem suffitu sermonem esse, ubi vox illa deest, ibi quoque addendum esse putavit **בְּסִמִּין**. Aliter autem res sese habet in loco, quem ultimum laudavimus, quo bis

de eodem suffimento fit mentio. Legimus : וְנָתַן  
אֶת־הַקְּטֹרֶת עַל־הָאֵשׁ לִפְנֵי יְהוָה וְכִפָּה עֵנַן הַקְּטֹרֶת  
אֶת־הַכִּפֹּת אֲשֶׁר עַל־הָעֵדוּת וְלֹא יָמוּת  
וַיִּתֵּן יְת קְטֹרֶת בּוֹסְמִיָּא עַל־אֲשֶׁתָּא קָדָם  
יְיָ וַיִּחַפֵּי עֵנַן קְטֹרֶתָא יְת כְּפִירְתָּא דִּי עַל כְּהֹדוּתָא וְלֹא יָמוּת  
(Et ponet suffitum aromatum in ignem coram Jahve et teget  
nubes suffitus illius operculum, quod in testimonio [h. e. in  
arca testimonii] est, nec morietur). Non opus ergo fuit  
ut etiam altera vice indicaret quinam hic memoretur  
suffitus; vox קְטֹרֶתָא posita in statu emphatico, qui  
status, ut novimus, prorsus eandem habet vim ac Hebraeo-  
rum ה demonstrativum, satis perspicue indicat eandem  
hic memorari rem, quam eiusdem coli initio vocavit קְטֹרֶת  
בּוֹסְמִיָּא. Interpres ergo, ut vulgo sic quoque nunc,  
plane sibi constitit, nec ulla adest caussa cur inter-  
pretandi methodum, hoc loco adhibitam, argumentum  
dicremus contra versionis integritatem.

אֲשָׁם Genes. XXVI : 11; Levitic. V : 6, 7;  
Numer. V : 7, 8, vertit הוֹבָא (culpa); Levitic. V :  
15, 16, 18, 19, 25; VI : 10; VII : 1, 2, 5, 7,  
37; XIV : 12, 13, 14, 17, 21, 24, 25, 28; XIX :  
21; Numer. VI : 12; XVIII : 19 reddidit אֲשָׁם (ob-  
latio pro reatu). Ubi hanc adhibuit vocem, in textu  
Hebraeo semper ei sacrificii pro peccato inest notio;  
ubi versionem habet הוֹבָא, vox Hebraica non nisi per

„culpam“, „reatum“ exprimi potest, unum si excipias locum Levitic. V : 6. Quod tribuendum videtur simili vocabulo in sectione septima obvio, quod, si constare sibi vellet, non nisi per  $\text{זִבְחָא}$  exprimere potuit, quo ergo facile in errorem duci potuit.

$\text{שְׁלָמִים}$  Exod. XX : 24; Levitic. VI : 4; VII : 13, 14, 15, 33; IX : 4, 22; Numer. VI : 14; XV : 8; XXIX : 39; Deuter. XXVII : 7 Onkelosus reddidit  $\text{נִבְכָּח קִידָשִׁין}$  (hostiae sacrae); Exod. XXXII : 6  $\text{נִבְכָּחִין}$  (hostiae). Cur ultimo loco attributum illud  $\text{קִידָשִׁין}$  omiserit haud difficile indicatur. Memorantur sacrificia ab Israëlitis, non unico, vero Deo, sed vitulo aureo oblata. Interpretem sensu religioso impeditum fuisse quominus sacra ea sacrificia vocaret sancta, infra indicabitur.

Haec nunc quidem sufficiant exempla ad quaestionem de Onkelosionae versionis integritate dirimendam. Omnibus bene perpensis non credo de hac amplius nobis superesse dubitandi caussam; obvia nobis erant omnino verba, quorum in versione diversitatem non plane explicare potuimus; haec autem pauciora erant numero quam quae, ad originem ab eodem interprete in dubium revocandam, quid ponderis haberent. Ex iis igitur, quae tractavimus, iure meritoque hoc concludi posse censeo: *Versio On-*

*kelosiana nequaquam, sicut nonnulli putant, ex diversis undique collatis fragmentis originem ducit, sed unius viri opus haberi debet.*

Iam vero oritur quaestio utrum versio, sicut ad nostram pervenit aetatem, incorrupta remanserit an vero corruptione non immunis nobis accesserit. Ex variis lectionibus, quas variae editiones exhibent, quid statuendum sit sponte patet. Et sic etiam sponte rogamus : „ Num prorsus vacet interpolatione ? “ Cui quaestioni omnes, qui de Onkelosi versione mentionem faciunt auctores, quorum mihi in manibus fuerunt opera, negando respondendum esse censuerunt, licet de locis additamenta habendis non convenient. <sup>1)</sup> Quantum novi interpolationes habentur Genes. XLIX : 18 secundum Winerum (l. l. pag. 20) et Carpzovium (critica sacra Veteris Testamenti Ed. altera pag. 456), Numer. VI : 24—26 secundum Luzzattum (l. l. pag. 61), XXXII : 3 sec. Luzzattum (l. l. pag. 67) et Zunzium (l. l. pag. 62), XXI : 19 sec. Carpzovium (l. l. pag. 456).

Genes. XLIX : 18 interpolatum esse statuerunt Wincrus et Carpzovius. Arcissime haec quaestio cohaeret

---

1) Ut sponte intelligitur hic in sensum venire non possunt auctores, qui versionem fragmentorum collationem esse contendunt.

cum altera quaestione de loci in textu Hebraeo authenticia, quae, si negari debet, certe in versione etiam occurrere non potest; si autem probari non potest esse spurium, illum locum non video quidni etiam in versione legi possit, immo debeat; atque eo magis quum huius loci versio est simplissima לְפִנְיֶיךָ סְבִרִיתִי (liberationem tuam exspecto, o Jahve!).

Numer. VI : 24—26 benedictionem continet Aäroniticam. Luzzattus hunc locum in versione Chaldaea non adfuisse censet, quia memoratur sacerdotum benedictio, quae interpretanda non erat. Ingeniosius ut puto hoc contendit quam verius. Ex mea sententia Onkelosus si, quod recte animadvertit Luzzattus, versionem suam confecit non doctorum sed indoctorum in commodum, <sup>1)</sup> ipso interpretationis consilio coactus erat verba haec Chaldaice reddere. Erant omnino a sacerdote pronuncianda, verum etiam, ut nemo non sentit, a populo intelligenda; si autem in versione omissa essent indocti nescirent quantam ipsis sacerdos apprecaretur benedictionem.

De loco Numer. XXXII : 3 haec animadvertenda sunt. Non dubito eum esse interpolatum. Celeberrimus Jarchi, in Commentario ad Pentateuchum, hunc locum non in

---

1) l. l. pag 1.



Onkelosi versione adesse contendit. — Deest etiam in Codice MS, quem Luzzattus in dissertatione sua indicat signis יא"ר<sup>1</sup>). — In editione Buxtorfii horum nominum litteralis occurit versio, unum si excipias vocabulum גבן, quod vertit קבורתא דמשה (sepulchrum Moysis). — Codex, quem Luzzattus vocavit מא"ר<sup>2</sup>) pro his nominibus habet ראובן שמעון וגו'. Quae omnia mihi persuadent Luzzatti hoc de loco sententiam amplecti.<sup>3</sup>) Ex una alterave paraphrasi (Luzz. putat e Targum Jeruschalmi) hic locus in Onkelosi versionem transiisse videtur.

Num. XXI : 19. Hunc locum interpolatum esse statuit, ut dixi, Carpzovius, merito ut puto. Tam multum enim ab Onkelosi solita interpretandi methodo discrepat, ut ex alia Paraphrasi in huius versionem transiisse videatur.

Alii loci mihi noti non sunt, qui a viris doctis tanquam spurii reiiciuntur; neque etiam ego inveni, quos additamenta habendos esse censeo.

---

1) Est versionis Onkelosianae Codex anni 1450, quem Luzzattus invenit inter chartas, quas oblivioni traditurus erat. Totum continet Pentateuchum. Cf de hoc Cod. Luzz. l. l. pag 26.

2) Codex anni 1284. Continet Pentateuchum cum versione Chaldaica et Masora, iusuper quinque Megilloth. Deest Gen. I : 1—XXV : 18. Conservatur nunc in urbe Triest a Rabbi Uri Chai Saravel et Luzz. ibid.

3) Vid. pag 46.



## PARS POSTERIOR.

### DE ONKELOSI VERSIONIS INDOLE.

Absoluta disquisitione de Onkelosi Versionis Integritate, quae disquisitio de uno tantum interprete cogitandum esse nos docuit, in versionis indolem nunc inquiremus. Ut supra (pag. 4) diximus, versionem potius quam paraphrasin Onkelosi opus vocamus; in universum dici potest versio satis fidelis et accurata. Attamen ex nonnullis locis, in priore huius disquisitionis parte allegatis, patuit interpretem non semper a liberiore paraphrasi cavisse. Huius rei quaenam sit caussa si quaeritur, respondemus eam in consilio, quod sibi cum hac versione proposuit Onkelosus, latere; quod recte indicavit Luzzattus <sup>1)</sup> hisce verbis: חרגום לא נעשה ברגום להכמים אלא בעבור ההדיוטות h. e. *Targum non doctorum sed indoctorum in gratiam confectus est.*

<sup>1)</sup> l. l. pag. 1.

Versio igitur locis numero haud paucis a textu Hebraeo discrepat. Interpretem gravissimam semper causam habuisse cur liberius verterit Luzzatto assentiri non ausim. Potius statucrem eum nonnunquam egregie fefellisse. Indiciet lector ex his exemplis. Genes. XVIII : 23. Abrahami verba 'הַבְּרִינֵנוּ תְּשִׁיבֵנוּ וְגו' הָאֵף תִּסְפֶּה וְגו' vertit (num ira [ductus] destrues etc.). Licet huius *dicti* significationem haud male expresserit, perspicuum tamen est eum errasse si ad *verborum* significationem attendimus. Non coniunctionem sed nomen substantivum esse putavit vocabulum אֵף. Hoc autem ita si esset, procul dubio in textu Hebraeo legeremus הַבְּאֵףּ vel saltem הַבְּאֵףּ; certe praepositio ב adesset ante vocabulum אֵף. Eundem errorem commisit eiusdem Capitis sectione sequente. — Genes. XXIX : 19 verbum שָׁבָה reddidit תֵּיב (reverte), quam interpretationem oratio contexta non sinit; Iacobus enim a Labane nondum profectus erat, hic igitur ut secum reverteretur illum rogare non potuit. Interpretis error inde ducit originem, quod שָׁבָה non a stirpe ישב sed a שׁוּב derivavit, quod quomodo fieri posset facile intelligitur ex scriptura signis non praedita. — Exod. I : 9 הַיּוֹתִית reddidit הַכִּיּוֹנִין (sapientes). Sponte patet obstetrices Aegyptiacas, de quibus sermo est, indicare non voluisse mulierum Hebraearum sapientiam vel astutiam sed valetudinem, quippe quae sine obste-

triciis auxilio liberos parerent. Exod. XXXV : 19  
 verba לבושי שמושא reddidit בגדי השדר (vestes minis-  
 terii), quod vestium indicat consilium, non tamen verbi  
 שדר est versio. In errorem fortasse ductus verbo  
 sequenti לשרת permutavit stirpem שדר (consuit) cum  
 שרת (ministravit), quae permutatio facile locum habere  
 potuit, quum litterae ד et ה sono persimiles sint  
 et in scriptura signis carente ש facilius cense-  
 atur esse ש quam minus usitatum ש. Eodem  
 modo fefellit Cap. XXXIX : 1, 41. — Exod.  
 XXXVI : 29 תואמם vertit מכונין (dispositi). Confudit  
 ergo vocem cum תמים. Legit fortasse תאמם omissa  
 littera ו, unde facile apud eum oriri potuit opinio lit-  
 teram א non pertinere ad stirpem sed matris lectionis  
 munere fungi ad sonum א indicandum, sicut crebro  
 fit in operibus Rabbiorum. Eiusdem generis errorem  
 commisit Numer. XXIII : 22, ubi תאם vertit acsi deri-  
 vatum esset a stirpe תום. Dictum בתועבות תאם לו  
 sic reddidit : תוקפא ורומא תיליה (robur et altitudo  
 est ei), quae versio nec verborum significationem, nec  
 dicti sensum reddit. Idem valet de versione loci Num.  
 XXIV : 8 et, quod ad vocabulum תאם attinet, de  
 Deuteron. XXXIII : 17.

Quae hucusque attulimus exempla eiusmodi comple-  
 ctuntur errores, qui facile ex unius verbi cum altero permu-

tatione explicari potuerunt. Patet autem insuper interpretem verborum sensum interdum non intellexisse. Quod probent haec exempla. Genes. IV : 23 Lamechi carminis haec duo membra : כִּי אִישׁ הֲרַגְתִּי לִפְעֵעִי וַיֵּלֶד לְחִבְרָתִי  
 Onkelosus hoc modo interpretatus est לֹא גִבְרָא קַמְלִית דְּבַדְיָלִיָּהּ  
 דְּבַדְיָלִיָּהּ אָנָּה סָבֵל הוֹבִין וְאִף לָּא עָלִימָא חֲבָלִית דְּבַדְיָלִיָּהּ  
 יִשְׁתַּיְצִי וְרַעִי (virum non interfeci quia propter eum ego culpam fero; neque etiam iuvenem laesi quia propter eum posteri mei extirpantur). Si ad litteram verba Hebraea reddidisset eiusmodi errorem non commisisset. Huius effati character poëticus fortasse eum seduxit ut in interpretando liberius ageret, qua autem in re tam infeliciter versatus est, ut textus originalis contrarium prorsus lectoribus praebuerit. — Genes. XIV : 22. יָדֵי אֲרַמְיָהּ יָדֵי בָּצְלוּ הַרְמֹתַי יָדַי redditar אַרְמִיָּהּ יָדֵי בָּצְלוּ (extuli manus ad precandum). Interpretem hoc modo verborum sensum male reddidisse patet ex iis, quae supra pag. 24 animadvertimus ad diversas formulae יָדֵי הַרְמִים interpretationes. — Genes. XXIII : 64. Vide de hoc loco Wineri dissert. pag. 28. — Egregie fefellit Onkelosus in interpretando Genes. XXV : 27, quo loco Iacobus dicitur אִישׁ תָּם גִּבְרַת שְׁלִים מִשְׁמֵשׁ יוֹשֵׁב אֲדָלִים  
 Onkelosus eum vocat אֲדָלִים מִשְׁמֵשׁ (virum perfectum domum institutionis ministrantem). Erravit formulam יֵשׁ אֲדָלִים epexegetin esse statuens formulae אִישׁ תָּם; sed etiamsi recte hoc existimasset,

rogari posset num patriarchae tempore iam adessent  
 בְּתֵי אֱלֹפָנָא, cui quaestioni sine ullo dubio negando  
 respondendum est. Hoc autem יש' אה' epexegesin  
 habendum non esse, ex eo patet, quod omnes יִשְׁבִי  
 אֱלֹלִים non necessario dicendi sunt homines perfecti  
 vel probi. — Quaenam propria significatio sit vocis  
 תָּרִיד (Gen. XXVII : 4) non patet. Quidquid  
 vero sibi proposuerit Isaacus de filio Esavo vota pro-  
 nuntians, non cogitavit, sicut voluit Onkelosus, de  
 huius posteris, tum demum servitute liberandis quum  
 legi obsequerentur <sup>1)</sup> וַיְהִי כִּד יַעֲבֹדוּן בְּנֵיהִי עַל פְּתוּמֵי  
 אֲרִיתָא (et accidet quum eius filii agent secundum verba  
 legis). Quamlibet enim proponas lectionem, sive cum  
 textu recepto legas תָּרִיד, sive cum Samaritano תֹּאדֵר, sive  
 cum Capello (Critic. Sacr. pag. 785) מְרִיד, harum lec-  
 tionum nulla sensum praebet, quem Onkelosus proposuit.  
 Nec felicior est huius interpretatio si verbum referri debet  
 ad stirpem רִדָּה vel ad יִרֵד, quod autem, ut mihi videtur,  
 nullo nititur fundamento. — Haec vero specimina  
 sufficiant ad indicandum interpretem in opere suo perfi-

1) Perperam Buxtorfius legit יַעֲבֹרֵן (transgredient). Pugnat cum  
 viri Iudaei religione ut putaret populos extraneos dominione liberatum  
 iri lege Mosea (in scriptis Chaldaicis אֲרִיתָא dictam) transgre-  
 dienda.

ciendo non omnes locos recte convertisse vel interpretatum esse. Exponamus nunc, quoad nobis licet, Versionis Onkelosianae indolem, a. v. examen de Onkelosi interpretandi methodo nunc instituamus. 1)

In interpretandis locis magis minusve obscuris interpretata versatus est ut

- I. Verbum tantum mutaverit h. e. pro voce Hebraea, non adhibuerit vocabulum Chaldaicum, eandem exhibens notionem, sed aliud, alium prorsus sensum praebens;
- II. Verbum sententiae addiderit;
- III. Commentarium fere vel paraphrasin praebuerit.

---

## CAPUT I.

### LOCI, QUOS ONKELOSUS VERBO TANTUM MUTANDO ILLUSTRAVIT.

Hi loci aptissime in quatuor classes dividi possunt.

1. Voci obscurioris significationis verbum substituit clarioris notionis;

---

1) Sponte intelligitur hos locos nobis esse ante oculos, qui a textu Hebraeo magis minusve discrepant.

2. *a.* Hic illic verborum lusum, paronomasiam q. v.,  
neglexit;
- b.* Hic illic verborum lusum, paronomasiam q. v.,  
quaesivit;
3. Sustulit figuras;
4. *a.* Verbis genus indicantibus substituit speciem  
indicantia;
- b.* Verbis speciem indicantibus substituit genus  
indicantia.

§ 1.

*Voci obscurioris significationis substituit clarioris  
notionis verbum.*

Ad locos, quos haec classis amplectitur, referimus Genes. XIII : 10, ubi כְּבֶר (vide in parte priorē pag. 22 qui hoc verbum exhibent locos) vertit כְּיִשָּׁר (planities), etsi salva verbi notione etiam adhibere potuisset כְּבֶר. Hoc autem vocabulum, licet omnino planitiei notionem exhibeat, propriam habet significationem orbis, massae, eius quod conglomeratum est. Facile ergo fieri posset ut in errorem ducerentur lectores, quod prorsus vitari potest si, ut fecit interpres, vertitur כְּיִשָּׁר, cui verbo non alia nisi planitiei inest notio. — Cap. XX : 6 Narratur Abimelechus Abrahamo adimisse uxorem, quam, fraude deceptus,



huius sororem esse putavit; in somnio autem percepisse rem non sese habere, sicut Abrahamus eam proposuerat. „Propterea,“ inquit Deus, לא נִהְיֶיךָ h. e. tibi non permisi „ut illam tangeres.“ Verbo נתן Onkelosus substituit שבק, ita ut in versione legimus לא שְׁבַקְתָּךְ (non reliqui te). Integer is legitur sensus לא שְׁבַקְתָּךְ לְמִקְרַב לְוַתָּהּ (non reliqui te accedendo illi). Licet in versione optime uti potuisset verbo נתן, sponte tamen patet alterum illud שבק sensum praebere magis perspicuum. — Ibid. sect. 16. וַיִּלְדוּ וַיִּתְרַחֲמוּ (et recreati sunt). Propter Abimelechi scelus Deus sterilitate visitaverat uxorem eius et pellices. Postquam vero rex Abrahamo uxorem reddiderat omnes iterum sanati sunt, ita ut gignendi et pariendi facultas iis reddita sit atque adeo ipsi recreati sint. Ad hoc indicandum interpretes sufficere putavit memorare eos esse *recreatos*, ex quo necessarie sequitur eorum sterilitatem sublatam fuisse. — Ad Cap. XXIV: 60 conferantur quae pag. 29 sqq. de verbo יָשַׁעְרָהְמוּ monuimus. — Cap. XXVI: 11 idem, quod Abrahamo accidisse narratur Cap. XX, memoratur de Isaaco. Detecta vera rei conditione Abimelechus Isaaco uxorem reddit et sic alloquitur populum: „Certe morietur, qui virum illum aut mulierem illam tangit (הַגִּנֵּעַ).“ Onkelosus autem illud הַגִּנֵּעַ magis definite et clare vertit דִּינֵיק (qui laedet). Vertere omnino

potuisset נָנַע, quippe quae vox *laedendi* quoque habet notionem; hoc vero si fecisset, non omni dubio maius esset ntrum *tangendi* tantum an etiam *laedendi* voci Hebraeae inesset notio. Iam vero adhibendo נִזַּק omne dubium sublatum existimare potuit. — Cap. XXX : 30 לְרַגְלִי Onkelosus reddidit בְּרִיָּלִי (propter me). Haud male ut mihi videtur. Monet enim Iacobus Deum Labano benedixisse לְרַגְלִי h. e., ut satis bene versio Latina Vulgata habet, *ad introitum meum*, ab eo inde tempore, quo ingressus sum domum tuam. Ex quo facile suspicari potest propter Iacobum Labano prosperam fuisse fortunam. — Cap. XXXII : 10 haud religiosa sine causa אֲמַת reddidit טְבוֹן (beneficia), quo sensu tamen optime reddi potest. Eodem colo בְּמַקְלִי, cum baculo meo, h. e. nihil praeter baculum possidens, bene vertit יְחִידִי (solus), nihil, quod possiderem, mecum habens. — Cap. XXXVII : 4 לֹא יָכְלוּ לֹא צָבָן (non volerunt). Spectat ad Iosephi fratres, qui, postquam hic a patre tunicam accepisset, ei salutem dicere non amplius potuerunt, praec invidia ut facile intelligi potest. Ut autem eo magis pateat hanc fratrum animi conditionem originem debere invidiae, verbum יָכְלוּ paullo magis definite et accurate expressit צָבָן. — Cap. XXXIX : 23 verbum מְאִימָה ab Onkeloso redditur כּוֹרְהָן (vitium, perversitas). Hanc versionem suo iure adhibuit ut sponte patet ex

accurata loci disquisitione. Iosephus falsa Potiphari uxoris criminatione in carcerem ducitur. Praefectus autem captivorum, sic legimus, **אֵין רָאָה אֶת־מְאוּמָה בְּיָדוֹ**. Ne lector aliquis putaret hoc **מֵא** ad litteram esse intelligendum ei substituit **סוּרְתָן**. — Exod. XII : 46 vocabulum **בֵּית** redditur **חֲבוּרָה** (familia). Licet eodem iure adhibere potuisset **בֵּית**, quia textus Hebraeus de domo aequae atque de familia cogitare sinit, negari tamen non potest verbum, quo usus est interpres, magis ad auctoris mentem accedere. — Levitic. XX : 3 dictum **אֶתֶן אֶת־פְּנֵי** in versione legitur **אֶתֶן יַת רִיגֵי** (ponam iram meam). Huius dicti sensum optime reddidit. Vetantur tum Israëlitae tum inter illos versantes advenae prolem suam Molocho idolo proiicere. Si autem in eorum medio quis invenitur hoc mandatum transgrediens „contra virum illum“ inquit Jahve **אֶתֶן אֶת־פְּנֵי**. Hoc vero quid aliud significat nisi : „Viro isti praeclare ostendam iram meam“ ? — Cap. XXV : 47 non solito more vocabulum **גֵּר** transtulit **גֵּיזְרָא** sed adhibuit verbum **עֵרֵל** (praeputiatus). Ne miremur. Non agitur de advenis ius civile iam adeptis, sed de iis, quibus cum populo Israëlitico nihil commune erat. — Deuter. VII : 5 non reddidit **מִזְבְּחַ** sed **אֲנֹר**, quia hoc loco sermo est de idolorum altaribus, quae Chaldaice nunquam eodem verbo indicantur, quo arae

uni Deo consecratae, sed alio illo vocabulo אָנּוּר, quod non adhibetur nisi de idolorum aris.

Quae ad hanc classem referri possunt minoris momenti mutationes inveniuntur: Genes. XXXI : 21, ubi, u<sup>i</sup> indicaret ad quemnam fluvium confugisset Iacobus, נָדָר expressit פָּרָה, nomen in V. T. crebro occurrens. Ibid. vs. 33 אֲמָרוֹת et Cap. XXXII : 22 שְׁפָרוֹת, quae vocabula, ut satis superque notum est, in sermone Hebraeo significant *ancillas*, ab Onkeloso dicuntur לְהִינָתָא (*concupinae*), quae vero interpretatio ex historia optime defendi potest. — Sponte patet ex iis, quae pag. 37 sq. memoravimus, cur Cap. XLI : 45, 50 כָּהֵן verterit רָבָא (praefectus). Ad omnem ambiguitatem tollendam, quae inhaeret verbo אֱלֹהִים, Exod. VII : 1 (Deus monet se Moysem posuisse אֱלֹהִים super Pharaonem), hoc verbum reddidit רַב, quae auctoris sententiam in obscuro non relinquit.

§ 2.

*De ratione, qua versatus est Onkelosus in interpretando verborum lusu, paronomasia q. v.*

In interpretanda paronomasia non semper eadem ratione egit Onkelosus. Plerumque verborum lusum perspi-

cuitatis causa sustulit; nonnunquam tamen, licet rarissime, nomina propria mutavit ut paronomasiam, quam Hebraeus offert textus, conservaret.

a. *Paronomasiam neglexit.*

Pauci tantum loci huc referri possunt. Praecipui sunt: Genes. IV : 25, ubi Heva dicitur tertium filium vocasse שֵׁת „nam“ inquit שֵׁת לִי אֱלֹהִים וְגו'. Haud dubium est auctorem huius filii nomen derivasse a stirpe שֵׁת. In versione Onkelosiana autem huius derivationis ne minimum quidem adest vestigium. Legimus enim Hevam dixisse יָדַב לִי וְגו' (*dedit mihi etc.*). Quod procul dubio ex eo explicandum est, quod stirps שֵׁת vel שֵׁת cum significatione *ponendi* deest in lingua Chaldaica. — Cap. XVI : 11 Hagar, Sarae ancilla, filii nomen יִשְׁמָעֵאל vocare ab angelo iubetur „quia“, sic pergit angelus, שָׁמַע יְהוָה וְגו'. Onkelosus vero habet אָרִי קָבִיל יְיָ וְגו' (quia accepit Iahve). Vox enim שָׁמַע, licet in sermone Chaldaico, aequae atque in lingua Hebraea adsit, rarissime tamen a Chaldaeis usurpatur in *auscultandi* vel potius *obtemperandi* significatione, quod nusquam fit, ubi Deus preces auscultare dicitur, ne interpres nimis anthropomorphistice de Numine supremo loqui videretur. — Cap. XXV : 30 Esavus lassus venatione rediens Iacobum

rogat: da mihi comedendum מִן הָאֲדָמִים הַהֵן, quapropter eius nomen dicerent אֲדָם. Apud Onkelosum cibi, quem Iacobus praeparaverat, nomen legitur כְּמוֹ קָא (rubrum), quod accurate quidem verbo Hebraeo respondet, non autem indicat unde Edomi nomen sit derivatum. — Cap. XXIX : 34 Lea tertii filii nomen dixit לֵוִי „nam“ inquit עֵתָהּ הַפֶּעַם יִלְוֶה אִישִׁי אֵלַי. Accurate omnino Onkelosus יִלְוֶה vertit יִתְחַבֵּר sed, ut ceteris locis, non exposuit nominis Levi derivationem. Frustra quoque hac in versione nominis אֲשֶׁר quaerimus derivationem. Loco, quo textus Hebraeus eam exhibet, Genes. XXX : 13, verba בְּאֲשֶׁרִי et אֲשֶׁרוּנִי vertit לִי תוֹשֵׁבָחָא הֵוֹת (laus est mihi) et יִשְׁבַּחֵנִי (me laudabunt).

b. *Paronomasiam quaesivit.*

Hancee methodum tribus tantum locis applicuit: Exod. XVII : 7; Num. XI : 3 et 34. Nomina propria his locis obvia non conservavit, sed ita mutavit ut lectoribus haud dubium esset unde loca *Massa* et *Meriba*, *Tab'era* et *Kibroth Tha'avah* nomen habcant. Exod. XVII : 7 מִפָּה et מְרִיבָה vocavit נִפְיִתָא (tentatio) et מִצְוֶתָא (litigatio). Num. XI : 3 תְּבַעְרָה vocavit דְּלִיקָתָא, quae vox idem significat atque verbum Hebraeum; sect. 34 קָבְרֵי דְמוֹשָׁאִי reddidit קְבֻרוֹת תְּאֵנָה

rate Hebraeo respondet. Huius agendi rationis causa esse videtur quod interpres necessarium putavit ad populi notitiam pervenire, quatenus propria horum nominum esset vis et significatio.

§ 3

*Tropi in Versione Onkelosi sublatis.*

Pervenimus nunc ad tertiam classem, qua, ut ab indoctis auctoris mens bene perciperetur, tropos hic illic obvios e medio sustulit. Qui praesertim hic in sensum veniunt loci sequantur.

Formula מֵיִם דְּחַיִּים, Genes. XXVI : 19, in Onkelosi versione dicitur מֵיִן נִבְעֵין (aqua scaturiens, ebulliens). Verebatur interpres ne lectores indocti nescirent quid formula *aqua viva* significaret; vitae enim mortisque notio in aqua non cadit. Si autem sublato tropo propriam adhiberet formulam, metus non exstabat ne auctoris mentem indocti non perciperent. Inde explicari debet quod in versione legitur *aqua ebulliens*. — Verba וַיִּגְנוֹב לֵב Genes. XXX : 20, 26, 27 proprie : *et rapuit cor*, magis perspicue expressit וַיִּכְפֹּא מִן (et sese abscondidit ab [alqo]). Imperitus lector haud facile intellexisset dictum *rapuit cor*. Si vero legitur *sese abscondidit*,

h. e. *clam aufugit*, optime ab unoquoque dictum intelligi potest. Magis accurate omnino egisset si interpretatus esset *clam aufugit*, sed, summa erga Patriarchas veneratione ductus, haud facile aliquid minus honorificum iis imputaret. — Exod. VI : 12 Moyses, coram Pharaone verba facere divinitus mandatus, hoc autem metuens, causas, quibus ductus eo munere liberari posset, quaerit seseque vocat עֵרֵל שְׂפָתַיִם. Haec imago quid significet facile intelligitur. Interpres tamen eam sustulit et reddidit יְקִיר מְמַלֵּל (difficulter loquens), quod indocto nullum relinquit dubium. Eandem de praecipuo desumptam figuram prorsus alio modo sustulit Levit. XXVI : 14, ubi עֵרֵל reddidit טִפְשָׁא (fatuus). Sermo est hoc loco de poenis, legem Domini non servantibus immittendis, ad quas etiam pertinet ut in hostium terra humilietur eorum לִבְבָּ עֵרֵל. Quisque videt eum rectissime figuram interpretatum esse לִבְ טִפְשָׁא (cor fatuum). Eodem modo egit Deuteron. X : 16, ubi עֵרְלָה reddidit טִפְשׁוֹ (stultitia). Insuper hic referri potest Deuteron. XXX : 6, quo loco eadem de re agitur sed alia adhibentur verba. Non agitur de *praecipuo removendo a corde*, sed de corde *circumcidendo*. Legimus וּמַל יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֶת-לִבְבְּךָ וְאֶת-לִבְבִּי זֶרַעַךָ, quod dictum Onkelosus sic expressit וַיַּעֲרֵי יְיָ אֱלֹהֶיךָ יֵת טִפְשׁוֹת (Et Iahve, Deus tuus, removet



duritiem cordis tui et duritiem cordis filiorum tuorum). Num. XIII : 32 emissi in terram Cananaeam exploratores ex itinere ad suos reversi, multa hac de regione infausta communicarunt; inter alia regionem esse אֲבֵלֶת יוֹשֶׁבֶת. Verbum אֲבֵלֶת tropice adhibitum esse interpreti perspicuum erat, quam ob rem, ne prodigia de terra promissa cogitarent lectores, illud reddidit מְקַטְלָא (interficiens). Non prorsus quidem sermo figuratus est remotus; terra etiam nunc activa tanquam persona proponitur. Recte autem vidit interpres necessarium non esse in indoctorum gratiam etiam hanc tollere figuram. — Sequitur Deuteron. XXVIII : 44. Universo hoc Capite 28mo recensentur praemia legem servantibus, poenae eam non servantibus afficiendae. Inter poenas etiam numeratur fore ut advena Israëlita maior esset, quod his annunciatur verbis הוּא יִהְיֶה לְרֵאשׁ וְאַתָּה תִּהְיֶה לְזוּנָב. Hanc figuram, ne in errorem quis duceretur, Onkelosus ita expressit הוּא יִהְיֶה תְּקוּף וְאַתָּה תִּהְיֶה חַלֵּשׁ (ipse validus s. potens erit, tu autem debilis eris).

§ 4.

*a. Verbis genus indicantibus substituit  
verba speciem indicantia.*

Ne, quod sibi proposuit auctor, lateret versionis lectoribus, interpres nonnunquam rem, quam in genere ille memoravit, in speciem indicandam esse duxit. Quod vero paucis tantum locis fecit.

Genes. XV : 9 Abrahamus, postquam signum rogasset, quo certior fieret posteritatem suam aliquando terram promissam esse possessuram, iubetur inter alia sibi sumere בְּנֵי־אֵל. Vox illa in universum indicat omnis generis *avium pullos*. Onkelosus autem magis definite indicavit cuiusnam avis pullum sibi proposuit Iahve et vertit בֵּר יִנְהָה (pullus columbae). — Exod. XXV : 31 inter ea, quibus ornari debebat sanctuarii candelabrum, etiam recensentur סִרְחָיִם, quod vocabulum *flores* in universum designat. Sed interpres scripsit שׁוֹשַׁנִּין (lilia). Observandum est versionem Alexandrinam hoc loco habere *αλίνα* et Vulgatam *lilia*. Hic addi possunt loci, quibus Iahve dicitur vocem alicuius audire. Vox Hebraea קוֹל continue his locis redditur צִלְוֹת (preces).

b. *Verbis speciem indicantibus substituit  
verba genus indicantia.*

Quam hic Onkelosus secutus est agendi ratio non ad auctoris verba magis minusve illustranda attulit sed contrarium prorsus effecit. Sufficiat locorum recensio atque verborum indicatio. Genes. XV : 11 עֵיט, quae vox *avem* indicat *rapacem*, reddidit עופא (avis, volucris [quod nos dicimus 't *gevogelte*]); Cap. XXV : 27 אִישׁ צִידֵי יָדַע גְּבֵר גַּחְשָׁרְכָן (vir otio orbatus), non indicavit caussam, quae otio Esavum orbarct. Cap. XXVII : 28 תִּירַשׁ, *mustum*, *vinum recens* expressit per nomen generale חֲמֵר, quod vinum in universum indicat. Cap. XXXI : 19, 34, 35. תְּרָפִים reddidit צְלֻמוֹת (imagines, simulacra). Exod. XXIII : 25 לֶחֶם et מִיִּם reddidit מִיכָל (cibus) et מִשְׁתֵּי (potus). Ibid. גְּבִיעֵים מִשְׁקָדִים, *scyphae amygdalorum exhibentes figuram*, in Onkelosi versione dicuntur בְּלִידֵין מְצִירֵין *scyphae figuratae; figuram quandam exhibentes*, quae notio vaga admodum et incerta est. Cap. XXX : 35 מִמְלָחָה, *sale commixtum*, legitur מְעָרֵב *commixtum*. Cap. XL : 31 verbum וְרָחֲצוּ וּמְקַדְּשֵׁין (et sanctificati sunt). Non indicavit modum, quo sanctificati sunt. Levitic. XI : 14 nomen אֵיָהּ vertit טְרַפְיָתָהּ (avis rapax).

Num. XVIII : 12 תָּלַב reddidit טוב (bonum); sect. 29, 30, 31 eandem vocem reddidit שׁוֹפָר (pulchritudo). — Hic quoque referendum est quod זְבָחֵי שְׁלָמִים semper, שְׁלָמִים et זְבָחִים saepissime vertit per verbum magis generale קוֹדֵשִׁין.

Negari non potest interpretem hac agendi ratione obscuriores potius quam clariores reddidisse locos tractatos (unum si excipias Exod. XXXIII : 25, ubi rectissime *panem* et *aquam* recenseri putavit ad universam *comedendi* et *bibendi* notionem indicandam). Consilium, quod sibi cum versione proposuit (vid. pag. 49), his locis non assecutus est. Cuius rei caussa videtur quod ipse fortasse haesitavit quod ad verborum illorum significationem attinget et propterea notioni sibi ignotae certiore, licet magis generalem, substituit.

## CAPUT II.

LOCI, QUOS INTERPRES ILLUSTRAVIT VERBO

SENTENTIAE ADDENDO.

Onkelosus in opere suo perficiendo multa procul dubio in Pentateucho invenit, quae ad litteram si convertisset, lectori indocto non perspicua fuissent. Eiusmodi difficultates

ut e medio tolleret, locos illustravit hic illic verbo mutando. Hoc modo autem non semper consilium assequi potuit. Qua de re aliis locis addidit, quae textui Hebraeo deesse viderentur. Eiusmodi additamenta numero haud pauca inveniuntur.

Genes. I : 14 memorantur lumina coelestia creata esse eo etiam consilio ut essent **לְיָמִים וְשָׁנִים**. Quid hoc significet nobis intellectu haud difficile est. Interpres autem, metuens fortasse ne lector imperitus cogitaret lumina illa revera dies esse annosque, ante ipsa verba addidit **לְמֵי בְהוֹן** (ut per ea numerentur), quo additamento accurate sensum expressit. Legitur in textu Chaldaeo **וְיָדוֹן — לְמֵי בְהוֹן יוֹמִין וְשָׁנִין** (et sint — ut per ea numerentur dies et anni).

Cap. VII : 12 occurrit narratio de diluvio et memoratur diluvium descendisse in terram per centum et viginti dies noctesque. Sic exprimitur in textu Hebraeo **וַיְהִי הַגֶּשֶׁם עַל הָאָרֶץ וּגו'**. In versione Chaldaea autem magis definite et accurate hoc exprimitur: **וַיְהִי מִטְרָא וַיְהִי עַל אֶרֶץ נִחִית** (et pluvia erat *descendens* in terram). Pluvia enim non *adest* in terra sed de coelo in terram *descendit*; postquam in terram cecidit *aqua* dicitur. Propterea fortasse Onkelosus verbum **נִחִית** addidit. — Cap. VIII : 21. Diluvii aquis exsiccatis, Noachus sacrificium offert Deo, qui pollicetur se nunquam denuo

terram esse vastaturum בַּעֲבוּר הָאָדָם. Facile intelligitur  
 quid illud "הא" בעב" significet. Nihilominus tamen  
 interpres utile admodum et necessarium esse putavit  
 omne dubium, quod superesse posset indoctis (verba  
 citata enim sic e. g. intelligi possent acsi terra diluvii  
 aquis deleta esset *quia homines in ea vivebant*), remove-  
 re. Quod optime perfecit vertendo בְּרִיל הַיָּבֵי אֲנָשָׁא (propter  
 hominum *peccata*). — Cap. IX : 4 (coll. Deuteron.  
 IX : 1) memoratur homines turrim esse aedificaturos,  
 de qua turri etiam volunt esse ראשו בשמים. Quisque  
 sponte intelligit hic non indicari homines istos voluisse  
 ipsam turrim in terris, cacumen autem in coelo versari  
 ab ipso aedificio separatum; sed turrim eam habituram  
 altitudinem ut cacumen eius coelum tangeret. Sic  
 etiam Onkelosus rem intellexit, sed necessarium esse  
 putavit in versione hoc indicare; vertit itaque רִישָׁהּ  
 מֵי עַד צִית שְׁמַיָא (eius caput *perveniet ad fines* usque  
 coeli). Observandum insuper illud צִית שְׁמַיָא; turris  
 cacumen non coelum perforabit ut facile suspicari posset  
 ex Hebraeo בַּשָּׁמַיִם sed tanget tantum. Loco, quem  
 conferendum indicavimus, Israëlitis promittitur eos inter  
 alia urbes habituros magnas וּבְצֻרוֹת בַּשָּׁמַיִם. Etiam hic  
 Onkelosus eandem ob causam scripsit עַד צִיד שְׁמַיָא —  
 Cap. XVII : 4 הִנֵּה בְרִיתִי אִתְּךָ. Sic Deus Abrahamo  
 alloqui incipit multa magnaue illi pollicens. Quod

autem dictum interpreti non satis definitum videbatur, quapropter vertit acsi in textu Hebraeo adesset vox אָכַרְתָּ; hoc modo sensum expressit הֵא גִיַר קְוָמִי עִמָּךְ (ecce, foedus meum *ineo* tecum). — Ibid. sect. 6 Abrahamo promittitur ex eo proventuros esse מְלָכִים; interpres hoc verbum reddidit מְלָכִין דְּשִׁלְטִין בְּעַמְמָא (reges *in populos regnantes*). Hoc additamentum adhibuit ad indicandum non tantum Israëlitarum sed etiam aliarum gentium reges ex Abrahamo proventuros esse. Textus Hebraeus utramque sinit interpretationem. — Ibid. sect. 20 שָׁמַעְתִּיקָהּ, verbum Dei ad Hagaram, quid significet haud obscurum est; attamen Onkelosus magis perspicuum dictum reddidit vertendo קְבִילִית צְלוֹתָךְ (audivi *preces tuas*). Cap. XVIII: 22 Abrahamus dicitur esse עֹמֵד לְפָנַי יְהוָה. Hoc dictum ad litteram si reddidisset, facile quis e lectoribus rogare posset: „At quis dici potest non coram Iahve stare? quis Domino occultus est?“ Ut igitur, quid narraverit auctor, lectoribus pateret, verbum עֹמֵד mutavit in מְשַׁמֵּשׁ (ministrans) et porro addidit vocem בְּצִלוֹ (precibus), ita ut sic in versione legitur עַד בָּעֵן מְשַׁמֵּשׁ בְּצִלוֹ (Et Abrahamus adhuc *precibus ministrans* erat coram Iahve).

Ibid. sect. 29 Abrahamus pro Sodoma intercedit coram Deo rogatque ne deleatur urbs si quadraginta in illa adsint probi. Respondet Deus לֹא אֶעֱשֶׂה. Quaeri

autem posset: „quid non faciet Deus, urbi parcere an eam delere?“ Licet ex oratione contexta satis superque pateat quid facturus sit Deus, tamen ipsis verbis לא אֶעֱשֶׂה non satis accurate indicatur. Onkelosi interpretatione autem omne dubium sublatum est. Addit scilicet interpres verbum גְּמִירָא (vastatio). Nulla nunc amplius superest difficultas; legimus לֹא אֶעֱבִיר גְּמִירָא (non faciam vastationem), quaestioni igitur: „quid non faciet Deus?“ respondendum est: „non deleturus est urbem. — Cap. XX : 16 Abimelechus Sarae narrat se Abrahamo dedisse אֶלֶּה בָּכֶה h. e. mille nummos argenteos. Nummorum species non indicata est ita ut quaeri posset: quinam erant nummi illi? Onkelosi versio huic quaestioni respondet, quippe quae exhibet inter nomen numerale et substantivum סְלַעִין, quod verbum semper usurpatur ubi Hebraice legitur אֶשְׁקֵלִים. — Cap. XXXII : 11 Iacobus audito fratris Esavi adventu exercitum suum in duas divisit partes, postea Deo alloquitur et dicit: קָטְנֹתַי מִכָּל־דְּהַסִּידִים וְגו'. Interpres autem timens ne hoc dictum male ab indoctis intelligeretur, verbum קָטְנֹתַי reddidit per haec duo verba זְעִירֵן וְכֹתֵי (parva sunt merita mea), h. e. merita mea parva sunt et non tanti aestimanda ut tot tantisque digna haberi possint beneficiis. — Ibid. sect. 13 Iacobus divinum recordatur promissum fore ut semen ipsius esset קְרוֹל תָּיִם.



Imaginem hanc spectare multitudinem nemo non videt; interpretes autem ne male et perverse intelligeretur addidit סְנֵי־אֵין (multi). Iacobi posteri erunt igitur *multi* ut maris arena.

Cap. XXXIV : 25 scelus, quod commiserant Simeon et Levi, Iacobi filii, in Sichemitas, hoc ipso capite memoriae traditur. Sichemitas se circumcidi passi sunt, at repente, ipsis nil mali suspicantibus, Simeon et Levi arma susceperunt *et porro*, sic narratur, *venerunt* וְעָלוּ עַל קַרְתָּא דִּי־חֵבֵא לְרַחֲצֵן. Hoc loco adest difficultas. Quaeri potest utrum וְעָלוּ ad personas urbem occupantes spectet atque ergo cum Vulgata vertendum sit: *ingressi sunt urbem confidenter* vel cum versione Alexandrina: *εἰσῆλθον εἰς τὴν πόλιν ἀσφαλῶς*; an vero ad urbem, ita ut haec cogitanda sit nil mali suspicans esse. Onkelosus dubium illud e medio sustulit; in versione scripsit: וְעָלוּ עַל קַרְתָּא דִּי־חֵבֵא לְרַחֲצֵן (et accesserunt urbem, confidenter sedentem.) Non quaerimus an recte sic interpretatus sit necne, ex eius versione patet eum quaestionem hic obviam vidisse et solvere conatum esse. — Cap. XXXV : 6 Esavus, postquam duxerat uxores Cananaeas, migravit אֶל אֶרֶץ מִסְּבִי יַעֲקֹב אֲחֵיו. Verbum illud אֶרֶץ in textu Hebraeo valde indefinitum est, ita ut non satis pateat quaenam terra hic memoretur. Quod interpretes vidit atque ideo magis definite sensum expressit et sic reddidit לְאֶרֶץ אֲחֵרֵי וָגו' (in

aliam terram). — Cap. XLI : 35. Iosephus, Pharaonis somnia interpretatus, regi suadet ut tempore, quo abundaret cibus, frumentum colligeretur *תחת יד פֿרעה*, sub manu h. e. sub *directione* Pharaonis, *moderante Pharaone*. In Onkelosi versione autem legimus Iosephum regi suasisse haec omnia fieri *תחת יד מִהַיְמֵנֵי פֿרעה*, (sub *directione fidelium* Pharaonis). Statuit fortasse interpres aut parum convenire cum dignitate regia ut ipse rex eiusmodi rei curam et directionem in se susciperet, aut harum omnium rerum curam regi quidem commissam esse, non ita tamen ut his in rebus aliorum auxilio careret. — Ibid. sect. 44 inter maiores, quibus gaudet Iosephus apud Pharaonem honores, etiam memoratur post regem, praeter Iosephum, nulli licere ut moveret manum vel pedem: *לא ירים אִישׁ אֶת יָדוֹ וְאֶת רַגְלוֹ*. Quod dictum non intellecturos esse indoctos lectores iure statuit interpres, quapropter verba nonnulla addidit. Legitur in versione: *לא ירים גִּבְרַת יַד יְהוּדָה לְמִיחָד וְיַד וְיַת רַגְלֵיהֶם לְמִרְבֵּב* (nemo manum movebit *ad arma capienda* nec pedem *ad equitandum*). — Ibid. sect. 57 narratur in Aegyptum ex omnibus regionibus homines venisse *לְעֵבֹר*. Facile intelligitur ad quid emendum venissent. Ut omne vero errandi periculum tolleretur, Onkelosus addidit, quod deesse ei videbatur, obiectum. Versio hunc exhibet textum *לְמִזְבֵּן עֲבוּרָא* (ad emendum *proven-*

*tum* [humi scil]). Cap. XLIII : 16 (coll XLIV : 1, 4.) Iosephus, inter fratres altera vice redcuntes, Beniaminum videns verba fecit לְאִשֶׁר עַל בֵּיתוֹ. Hoc spectare ad viros, apud Iosephum uno alterove munere fungentes, nemo in dubium revocabit. Interpres autem, verens ne ab uno alterove ad aliam rem hoc referri posset, vertit לְדֵי מְמַנָּא עַל בֵּיתֵיהּ (iis, qui domus praefecti erant). — Ibid. sect. 18 Iosephi fratres se timere dicunt ne Aegypti dominus consilium moliatur לְקַחַת אֶתְנוּ לְעִבָדִים. Infinitivus קַחַת, ut patet, duo habet obiecta וְאֶת־דְּמִירֵנוּ וְאֶת־דְּמִירֵנוּ. In versione autem Chaldaica dictum paullo magis perspicuum se nobis offert; legitur לְמִקְנֵי יִתְּנָא לְעִבְדֵינוּ וְלְמִדְבַר יַתְּנָא לְמִקְנֵי יִתְּנָא (ut nos vendat servos et ut [nobis] adimat asinos nostros). — Cap. XLVIII : 17 Iosephus, patrem dexteram imposuisse manum Ephraimi, sinistram Manassae capiti animadvertens, dexteramprehendit לְהַסִּיר אֶתְהּ מִעַל רֵאשׁ אֶפְרַיִם עַל רֵאשׁ מְנַשֶׁה. Breviloquentiam huic dicto inesse facile perspicitur; auctor etiam hoc modo scribere potuisset : לְהַסִּיר אֶתְהּ מִעַל רֵאשׁ אֶפְרַיִם וְלָשִׂים אֶתְהּ עַל רֵאשׁ מְנַשֶׁה. Eodem modo Onkelosus breviloquentiam sustulit et vertit לְאַעְרָאָה יִתְּהּ מִעַל רֵאשׁ דְּאֶפְרַיִם לְאַנְחֻתָהּ עַל רֵאשׁ דְּמְנַשֶׁה (ut eam removeret a capite Ephraimi ut eam imponeret capiti Manassae). — Exod. XI : 5 (coll. XII : 29) decima, quae Aegyptiis immitteretur plaga, ut notum est, fuit

cuiusvis primogeniti interitus; ne primogenito filio quidem regis **הַיָּשֵׁב וְגו'** **עַל כְּסֵא** parcitum est. Verba **הַיָּשֵׁב וְגו'** rem futuram proponunt tanquam praesentem. Nam regis filius maior natu, ipso regnante, thronum nondum occupabat. Onkelosus autem praesentis temporis notionem sustulit addita voce **רֵעָתִיד** (qui paratus est vel potius qui *futurus est*, *ὁ μέλλων*); verbum **כְּסֵא** magis definiuit addendo **מַלְכוּתִי** (imperium). Integrum dictum sic explicatum invenimus **רֵעָתִיד לְמִיֻּתָב עַל כְּסֵא מַלְכוּתִיהָ** (qui *sedebit* in solio *imperii eius*). — Cap. XX : 5. „Ego“ inquit Iahve „ego Iahve, Deus vester, Deus sum aemulator, visitans patrum scelus **עַל בְּנִים**.“ Num igitur Deus poenis afficit filios propter parentium peccata? Haec quaestio facillime oriri potest. Interpres hoc videns vocabulum **בְּנִים** magis definiuit et dictum, quod laudavimus, ita interpretatus est: „visitans parentium scelera **עַל בְּנֵי מַרְדִּיָן** (apud filios rebellantes). Post verba **כִּד מִשְׁלֵמִין לְשֹׂאֵי** insuper haec leguntur in versione: **כִּד מִשְׁלֵמִין לְשֹׂאֵי בְּנֵי לְמַחְסֵי בְּתֵר אֲבֹתָהֶון** (si pergunt filii peccare post patres). Eodem modo interpretatus est Deuteron. V : 9. — Cap. XXIII : 7 legitur mandatum: „innocentem et iustum ne interficias.“ Verba, quae interpres addidit post **נָקִי וְצַדִּיק**, procul dubio auctoris mentem plane indicant. Eiusmodi certe innocentes et iustos sibi proposuit auctor, quorum innocentia et iustitia in iudicio

patuit. Onkelosus hoc videns addidit verba **דְּנִפֵּק דְּרַבִּי מִן דִּינָא** (qui purus exit ex iudicio). — Ibid. sect. 27 Deus Israëlitis pollicetur se interfecturum esse omnes gentes, **אֲשֶׁר תָּבוֹא בָהֶם** h. e. contra quas venies, quibus obviam ibis. Interpres haud male consilium, quo contra gentes sese congregarent Israëlitae, his indicavit verbis **לְאַגְרָא קָרֵב** (ad bellum gerendum). — Cap. XXIV : 8 Moyses in montem adscensurus iubet Israëlitarum iuvenes holocausta Iahvae offerre. Victimis immolatis, sanguinis dimidiam partem immisit crateribus, alteram partem dimidiam fudit super altare. Deinde coram populo, se Iahvae obedientiam praestiturum pollicente, legem recitavit. Tandem sanguinem, quem crateribus immiserat, sumpsit **וַיִּזְרַק עַל הָעֵם**. Haec verba sic interpretatus est Onkelosus **עַל מִדְּבָחָא לְכַפֵּרָא עַל עַמָּא** (et effudit *in altare ad expiandum* populum), ex qua interpretatione apparet eum praepositioni **עַל** non tribuisse significationem localem, sed, quam hoc loco revera habet, notionem praepositionis *propter*. Simul indicavit locum, in quem et consilium, quo sanguinem effudit Moyses. — Cap. XL : 38 narratur nubes Iahvae diu tabernaculo incubuisse, noctu autem ignis forma apparuisse, quod his indicatur verbis **וַיֵּאשׁ תְּהוֹיָה לַיְלָה בּוֹ**. Haud male verbum **אֵשׁ** in versione Chaldaea ita exprimitur **דִּינִי אֲשַׁמָּא** (visio ignis); columna enim ignis non erat, sed

ignis speciem, eamque noctu tantum, viatorum oculis obtulit.

Num. IV : 15 mirum videri potest, quod hoc loco  $\text{וְלֹא יָמוּתוּן}$  vertit  $\text{וְיָמוּתוּן}$  (et non morientur). Bene autem et attente si verba legerimus et omnis difficultas sponte sublata erit, et pariter Onkelosum accuratissime sensum reddidisse patebit. In textu Hebraeo legitur: *nec tetigerunt sanctum*  $\text{וְיָמוּתוּן}$ . Particula  $\text{ו}$  hoc loco non tam habet vim copulativam quam consecutivam et vertenda est *ita ut*. Sic igitur sensus exprimi debet: *nec tangant sacrum ita ut moriantur* vel: *ita ut mori possint* (optime versio Latina Vulgata habet: *Et non tangent vasa Sanctuarii ne moriantur*). Onkelosus in versione particula negativa addenda haud parum auctoris mentem illustravit; hunc enim offert sensum: non tangant sacrum  $\text{וְלֹא יָמוּתוּן}$ , tunc — sic enim aptissime verti potest particula  $\text{ו}$  — *non morientur*. Eodem modo egit vs. 20. — Cap. XVI : 10, quod in fine legitur verbum  $\text{כְּדֹנְתָא רַבְתָּא}$ , interpres noster reddidit  $\text{כְּדֹנְתָא}$  (dignitas pontificalis). Additamentum  $\text{רַבְתָּא}$ , licet error non sit habendum, supervacaneum tamen est, ut oratio contexta diserte monet. Exprobrantur enim Corachitae, maiora quam quae sibi erant munera petentes; defuit autem ipsis munus sacerdotale, erant enim Levitae. Patet ergo additamentum laudatum hic abundare. Ori-

ginem debet fortasse verbis sect. 11ma obviis : וְאַתְרוּן  
 מִדָּה הוּא כִּי תָלוּנוּ עָלָיו. — Cap. XVII : 6 populus  
 Israëlitarum, rebellantibus mortuis, murmuratur in Moysen  
 et Aaronem dicendo : אַתֶּם הַמֵּתִים אִתְּ-עַם יִשְׂרָאֵל. Brevi-  
 loquentiam hic adesse ex ipsis verbis satis superque patet.  
 Nec Moyses nec huius frater rebelles interfecit. Hanc  
 brevilloquentiam Onkelosus e medio sustulit interpretando  
 אַתֶּם הַמֵּתִים אִתְּ-עַם יִשְׂרָאֵל. (Vos *effecistis* ut mortuus  
 sit populus Iahvae). Quicumque rebellium historiam,  
 Cap. XVI memoriae traditam, legerit, sponte animadvertit  
 Onkelosi interpretationem accuratissimam esse habendam.—  
 Cap. XX : 18 Edomitae, postquam iis veniam terram  
 ipsorum transeundi rogassent Israëlitae, his respondent  
 לֹא תַעֲבֹר בִּי וּגְוִי. Ambiguitas, quae huic inest dicto,  
 in versione Chaldaea prorsus sublata est. Legitur לֹא  
 תַעֲבֹר בְּתַחֲמוּמַי (non transibis *terminos meos*). — Cap.  
 XXIII : 2. Ut ex prima huius Capituli sectione patet  
 verbum בַּמִּזְבֵּחַ, quod in sect. 2dae fine legitur, inter-  
 pretandum est *in quovis altari*. Quod bene et probe  
 intellexit interpres Chaldaeus, qui verbum laudatum  
 accurate transtulit עַל כָּל-מִדְבָּחָא. — Cap. XXV : 4.  
 Verba הוֹקֵעַ אֹתָם in versione Chaldaea sic reddita in-  
 venimus : דוֹן וְקַטוּל דְּהַיָּב קַטוּל (iudica et interfice cum,  
 qui impie egerit, interfice [eum]). Procul dubio sic  
 vertit ne lectores, verba male intelligentes atque ad

litteram reddentes, eo perciperent sensu acsi omnes populi duces interficiendi essent.

Quae praeterca ad hanc classem referri possunt, minoris momenti mihi visae sunt. Brevis earum suffieiat recensio.

*E libro Geneseos.* Cap. X : 6. Nimrodus narratur fuisse גְּבוּר. Onkelosus insuper ei tribuit epitheton תַּקוּף (durus, robustus). — XIV : 6 memoratur אֵיל פֶּאֶרֶן. Verbo אֲשֶׁר עַל הַמְדָּבָר (vel potius litterae דַּ רֵלָטִיבָא, ut Chald. dicitur) verbum addidit סְמִיךְ. Sententiam igitur exhibet pleniorē : *quae ad desertum usque sese extendit.* Ibid. sect. 7 עֵין מִשְׁפָּט reddidit עֵין פְּלוּג דִּינָא (vallis *distributionis* iudicii). — XXIII : 16 Abrahamus Ephroni pro agro, quem ab illo emerat, solvisse narratur 400 siclos argenteos עֶבֶר לַפָּהַר, quod in circuitu accipiebatur, ut nos dicimus : *in die streken gangbaar.* Onkelosus verbum עֶבֶר mutavit in דְּמִתְקַבֵּל (quod accipiebatur, et in fine addidit verba בְּכָל מְדִינָתָא (in tota regione). — XXXVII : 8. Iosephum, postquam somnia narraverat, fratres ita alloquantur : הַמֶּלֶךְ תְּמַלֵּךְ עָלֵינוּ אִם מִשׁוֹר תְּמַשֵּׁל בָּנוּ. Hanc utramque quaestionem Onkelosus paullisper illustravit utrique uno addendo vocabulo; sic vertit הַמְלִיכוֹ (num certe אִתְּ תְּדַמֵּי וְגו' — אוֹ שׁוֹלֵטֵן אִתְּ סְבִיר וְגו')



*putas* etc. — vel imperando *cogitas* etc.). — XXXVIII : 26 verba צְדָקָה מִמֶּנִּי, quae Iuda de Thamare loquens adhibet, Onkelosus, ut pateret illum non de alia nisi de Thamare loqui, ita reddidit: וְכֹאֶה מִנִּי מֵעַדְיָא (iustior quam ego est *gravida illa*). — XL : 14. Voce בַּיִת, hoc loco obvia, intelligitur domus, qua Iosephus inclusus fuit. Ut hoc quoque lectoribus pateret, interpres noster reddidit בַּיִת יְאֻסְרֵי (domus *captivorum*). — XLI : 36 incipiens a verbis לְפַקְדוֹן לְאֶרֶץ, verbum illud לְעַמָּא דְאֶרֶץ (populo terrae). — Ibid. sect. 47 וַחֲעַשׂ הָאֶרֶץ in versione Onkelosiana exprimitur וּבְנִשׁוּ דִירֵי אֶרֶץ (ct collegerunt terrae *incolae* [c. f. sect 52]); porro in fine לְקַבְצִים vertit עֲבוּרָא לְאִצְרִין (proventus *thesauro* [destinatus]). — sect. 56. Exorta fame in terra Aegyptiaca, Iosephus aperuit אֶת־כָּל־אֲשֶׁר בָּהֶם. Haec formula ab Onkeloso redditur ית כל־אוֹצְרֵיא דִּי בְהוֹן עֲבוּרָא (thesauros omnes, in quibus esset *proventus*). — Cap. XLIV : 8 כֶּסֶף אוֹ זָהָב מִנִּין דְכֶסֶף אוֹ מִנִּין דְזָהָב accuratius in versione Onkelosiana dicitur מִנִּין דְזָהָב (vasa argentea vel *vasa aurea*).

*E libro Exodi.* Cap. I : 12 וַיִּקְוֹצוּ. Huius verbi subiectum in textu Hebraeo non exprimitur, quia facile subintelligi potest. Auctor versionis Chaldaee autem tutissimum esse duxit subiectum indicare. Ipsum verbum paullisper mutavit et subiectum expressit. Haec verba

apud eum leguntur: וַעֲקַת לְמִצְרַיִם (et angustiae fuit *Aegyptiis*). — Sect. 22 memoratur Pharaonis mandatum כָּל-הַבֶּן הַיְלֹוֹד וּגו' Quod hic tacetur vocabulum, haud difficile subintelligitur; regem spectare ad filios Israëlitarum memorari opus non est. Nihilominus Targumista illud indicare haud supervacaneum duxit et scripsit כָּל-בֶּרֶא דְאִתְּוִלִיד לְיִהוּדָאִי (quivis filius nascetur *Judaeis*). — VIII: 19 ineunte leguntur verba וְשִׁמְתִי פֶדֶת בֵּין עַמִּי וּבֵין עַמּוֹקָא. Duobus verbis addendis Onkelosus hoc dictum, licet per se obscurum vocari non possit, paulisper illustravit. Hoc modo interpretatus est: וְאֲשִׁי פִירְקוֹ (et liberationem dabo populo meo, sed populo tuo *plagas immittam*). — XXII: 16, 31. Quod hoc loco legitur verbum אִישׁ, interpres noster fusius expressit vertendo נַפְשָׁא מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל (anima h. e. homo ex *Israëlitis*). — Sect. 35, אֶת-דַּהֲמָת in Onkelosi versione redditum invenitur יַת דְּמֵי מִיתָא (sanguinem mortui). — XXVIII: 11, 21, 36 אֶבֶן פְּתוּחֵי אֶבֶן אֶבֶן טָבָא כְּתָב מִפְּרֵשׁ כְּגֻלְתָּ דְּעֻקָּא הָתָם (lapis preciosus [cum] scriptura perspicua sicut annuli sculptura).

*E libro Levitici.* Eiusmodi deflectiones numero paucissimae in libro Pentateuchi tertio adsunt. Cap. IX: 19 verbo כְּלִין (idem quod Hebraeorum כְּלִיָּה)

anteponit vocabulum וְגִיָּא (et dorsum). — XI : 16  
בְּקִרְבָּתָם שָׂרָה vertit צֶפֶר שְׂרָפָא (avis larus 1)). — XVI : 1  
לְפָנֵי יְהוָה interpres ea indicavit, quae coram Iahve appro-  
pinquarentur, אֶשְׁתָּא נִיכְרִיתָא (ignem peregrinum).

*E libro Numerorum.* Cap. II : 12, 20, 27 verbum  
עָלוּ expressit per סְמִיכִין עֲלֵיהֶּי (qui *positi sunt* super  
eum). — V : 10 (cf. Deuteron. XXVI : 13) קִדְשׁ  
מֵעֵשֶׂר קִדְשׁ exprimitur (decima pars sancta). — VI : 18  
תַּחַת דִּוְרָא דְנִבְכָּת Onkelosus habet תַּחַת זֶבַח הַשְּׁלָמִים  
קִדְשֵׁיָא (sub olla sacrificii sancti, h. e. sub olla, in qua  
servatur sacrificium sanctum). — VII : 14 זָהָב  
מְקוֹם מִקְנֵהוּ (sicti aurei). XXXII : 1, 4  
אֲחֵר כְּשֶׁר לְבֵית בְּעִיר in versione Chaldaea vocatur  
(locus *pecudis domui*, h. e. *stabulo aptus*). — Sect. 20  
לְפָנֵי יְהוָה Onkelosus habet קִדְּם עַמָּא רִי (coram populo  
Iahvae).

*E libro Deuteronomii.* Cap. I : 6. תּוֹרָה Onkelosus  
אִילָפֵן אִירִיתָא (doctrina legis). — Sect. 32 עֵינַי אֵשׁ et  
אֶשְׁתָּא עֵמוּד (columna ignis) apud Onkelosum dicuntur  
עֵמוּד עֲנָנָא (columna nubis). — Sect. 45 verba: *nec*  
*auscultatus est vobis* Onkelosus expressit: *nec animum ad-*

1) Significatio *laris* magis cum verbo Hebraeo convenire videtur quam  
quae a nostratibus exhibetur, *cuculi*. Versio Alexandrina habet *λάρος*.  
Vid. porro *Bijbelsch Woordenb.* II, pag. 350.

vertit VERBA vestra. — XXI sectioni 8<sup>ae</sup> praeposuit verba  
כֹּהֲנֵי יִשְׂרָאֵל (sacerdotes dicent).

His nunc ad finem perductis agendum nobis est de  
alio deflectionum genere. Loquamur iis de locis, quos  
interpres Chaldaeus explicuit potius quam vertit, quo-  
rum liberam exhibuit paraphrasin.

---

### CAPUT III.

#### LOCI, QUORUM ONKELOSUS COMMEN- TARIUM DEDIT.

Qui hoc deflectionum genus amplectuntur loci, ad duas  
potissimum classes referri possunt, quarum *altera* illos  
continet, quos ad perspicuitatem augendam mutavit,  
consilii, quod versione sibi proposuit, memor; *altera*  
eiusmodi amplectitur locos, quos quominus ad litteram  
redderet, dogmatica sua opinione prohibitus est.

#### § 1.

*Loci, quos perspicuitatis causa mutavit.*

In Pentateucho multi adsunt loci intellectu diffici-  
liores, qui non satis illustrantur unius alteriusve verbi

mutatione vel additamento, ideoque, ut ab omnibus intelligi possint, totius fere sententiae indigent mutatione. Quomodo Onkelosus illos tractaverit ex sequentibus pateat.

Genes. II : 9. Narratur Deus in horto praeter caeteras arbores etiam posuisse arborem vitae et עץ הדעת טוב ורע. Hanc formulam non valde perspicuam esse docent diversae, quae de illa exstant, interpretationes. Quod sentit interpret noster; eamque ob causam non ad litteram vertit, sed potius in lectorum commodum paraphrasi adhibenda interpretatus est formulam hoc quidem modo: אֵילֵן דְּאֶכְלֵי פִירוּדֵי חֲכָמִין בֵּין טָב לְבִישׁ (arbor, cuius fructum comedentibus inter bonum et malum distinguendi est facultas). — Cap. IV : 10. Verba קוֹל דְּמַי וְגו' liberrime sic interpretatus est: *Vox sanguinis familiae e fratre tuo oriturae coram me clamat e terra.* Causa, cur ita reddiderit, in eo latere mihi videtur, quod in textu Hebraeo non legitur קוֹל דָּם, *vox sanguinis*, sed קוֹל דְּמַי, *vox sanguinum*. Putavit fortasse numero illi plurali peculiarem quandam inesse significationem. — Cap. V : 24. Quod hoc loco de Henoch memoriae traditur לְקַח אֶת־הוֹשֵׁעַ, populo magis minusve obscurum videri posset. Verba illa Onkelosus interpretatus est: לֹא אֶמְצֵאת יְחִיָּהוּ יְיָ (Iahve non sivit mortem eum subire). Quae interpretatio procul dubio petenda est e verbo, quod praecedit

וַאֲיִנֹנִי. Ne miremur Onkelosum hoc modo locum illum interpretatum esse. Haec enim interpretatio eo tempore admodum fuisse pervulgatam etiam patet ex Hebr. V: 12. — Cap. XVI: 12. Hagaræ in deserto vaganti posteritas promittitur multiplex. Ipsa de filio ex se orituro certior fit. Filius ille, sicut indicatur, erit פָּרָא אָדָם. Interpres Chaldaeus haec verba explicuit scribendo וְהוּא יְהִי מְרֹד בְּאִנְשָׁא (ipse vero erit rebellis in homines). Quae interpretatio sine dubio inde repetenda est, quod verba פָּרָא אָדָם, si ad literam ea reddidisset, sensum praeberent lectoribus indoctis intellectu difficillimum. Verba, quae sequuntur eandem prorsus rem indicantia יָדוּ בְּכָל יוֹד כָּל בּוֹ, singulari modo vertit הוּא יְהִי צָרִיד לְכֹלָא וְאִף כָּל-בְּנֵי אִנְשָׁא יְהוּן (ipse omnium erit indigens et etiam omnes filii hominum [h. e. omnes homines] eo egentes erunt). De his verbis conf. Winer l. 1. pag. 41. Cap. XVIII: 21. Interpres verborum וְאִם לֹא אֶדְעָה liberrimam praebuit paraphrasin; vertit אֶעֱבִיד עִמָּהוֹן גְּמִירָא אִם לֹא (consumam eos nisi convertantur, si tamen convertuntur vindictam non sumam). Huic interpretationi ansam dedit sine dubio textus obscurus et abruptus Hebraeus. Verbum enim יָדַע vulgo habet obiectum, quod hoc autem loco ipso verbo continetur, et procul dubio sic exprimendum est: [*probe*] sciam [*quid faciam*,

quid faciendum sit mihi] 1). — Cap. XXXIV : 30 Iacobi  
 verba לְהַבְאִישְׁנִי בְיָשֵׁב הָאָרֶץ in Onkelosi versione paullo  
 magis perspicua inveniuntur hoc quidem modo, לְמִיתָן

1) Hoc de loco etiam egit Luzzatius l. l. pag. 37. Postquam  
 monuit editiones nonnullas omittere alterum תִּיבִין et primum illud לָא,  
 ita ut legitur אַעְבִּיר עִמָּהֶון גְּמִירָא אִם תִּיבִין וְאִם לָא אֲתַפְרַע  
 memoratur huius rei Codicis יא"ר (vid. quae hoc de Codice monuimus  
 pag. 48) testimonium, verba Chaldaica אַעְבִּיר עִמָּהֶון גְּמִירָא non  
 idem significare, quod Hebraea אַעֲשֶׂה עִמָּהֶם כֻּלָּה, sed אַעֲשֶׂה  
 אַעְבִּיר עִמָּהֶם סְלִיחָה. Animadvertit porro interpretem scripsisse  
 אַעְבִּיר עִמָּהֶון (faciam *cum* iis), quod plerumque in bonam usurpatur  
 partem, eumque, si contrarium indicare voluisset, sine dubio scripturum  
 fuisse אַעְבִּיר בְּהוֹן (faciam *in* eos). Hoc si recte animadvertit  
 sensus erit: „*Ignoscam iis si convertuntur, sin minus vindictam  
 sumam.*“ Sed huius MS. auctor errasse mihi videtur. Si enim atten-  
 dimus significationem stirpis גְּמִירָא, cui *absolvendi, perficiendi, consum-*  
*mandi* inest notio, patet verbum גְּמִירָא convenire *posse* cum Hebr.  
 סְלִיחָה non tamen necessario hanc notionem ei inesse *debere*, nam  
 stirps כֻּלָּה prorsus convenit cum Chaldaeo גְּמִירָא; nonne igitur proba-  
 bilius est גְּמִירָא convenire cum כֻּלָּה quam cum סְלִיחָה? Neque  
 minus sententiae, quam protulimus, favet sect. 29, quam Onkelosus  
 inde a וַיֹּאמֶר usque ad אַרְבַּעִים accurate reddidit. Verba autem לָא  
 אַעֲשֶׂה explicuit גְּמִירָא אַעְבִּיר אִם תִּיבִין וְאִם לָא אֲתַפְרַע. Ponamus nunc  
 indicare quod סְלִיחָה, nonne absurdam tunc Onkelosus praeberisset

וַיִּרְגְּמוּ לִרְגַב בְּקֶרֶב הָאָרֶץ (ad inimicitiam ponendam inter me et inter incolas terrae). Ut patet hoc loco imaginem magis minusve obscœnam sustulit. — Cap. XLVIII : 16 Iacobus inter alia etiam hoc Manassae et Ephraïmo nepotibus apprecatur: וַיִּרְגְּמוּ לִרְגַב בְּקֶרֶב הָאָרֶץ. Haec verba sic redduntur: וְכַנּוּנֵי יַסְגּוֹן בְּנֵי אֲנָשָׁא עַל אֶרֶץ (et ut *pisces maris* multi erunt inter homines in terris). Verba וְכַנּוּנֵי יַסְגּוֹן procul dubio originem debent Hebraeo וַיִּרְגְּמוּ, a cuius stirpe רָגַה substantivum derivatur רָג, quod *pisces* significat. — Cap. L : 15 Iosephi fratres, patre mortuo, metuentes ne frater de ipsis poenam

interpretationem? Quid enim? Sect. 24 Abrahamus enixe precatur ut Deus urbi Sodomae pareat, etiamsi quinquaginta tantum inveniatur iniusti; cui respondet Iahve se horum quinquaginta gratia urbi pareiturum esse. Abrahamus autem verens ut quinquaginta adessent, idem fore precatur si adsint quadraginta; cui hoc respondet Deus: „Non faciam (sc. quod facturus sum) ob quadraginta. Num igitur verba Onkelosi לֹא אֶעֱבִיד גְּמִירָא vertenda sunt: *Non iis ignoscam?* Nonne hoc prorsus contrarium est sententiae, quam praebet textus Hebraeus? Si vero sic intelligimus verba: *Non faciam consumptionem*, h. e. *non delebo eos*, optime quadrat cum verbis Hebraeis. Hisce omnibus bene perpensis assentiri non possum גְּמִירָא *veniae* notionem exhibere, eamque ob causam Buxtorfii lectionem, supra memoratam, tanquam genuinam accipere non dubito.



sumat propter malum illi affectum, sic loquuntur: לֹא יִשְׁמְכֵנוּ יִבְהָהּ. Haec verba, licet interpretatione non indigeant, tamen magis paraphrastice nec non perspicue reddidit Onkelosus: דְּלִמְאָ יִטֵּר לָנָא דְּבִבּוּ (ne inimicitiam erga nos conservet).

Exod. IV : 25. Zippora, Moyses uxor, postquam circumciderat filium aegrotantem, huic dixisse narratur: הִתֵּן דְּמַיִם אֶתָּה לִי. Quae verba interpres Chaldaeus reddidit: בְּדָמָא דְּמַדּוּלְתָאָּהּ דְּרִין אֶתְיָהֵב חֲתָנָא לָנָא (sanguine huius circumcisionis sponsus nobis datus est). —

Cap. VIII : 10. Ultima huius coli pars clarior in Versione quam in ipso textu originali invenitur. Textus Hebraeus habet: וַתִּבְאֵשׁ הָאָרֶץ. Spectant haec verba ad ranas in agris et aedificiis emortuas, quae effecerunt ut foetor in terra oriretur, non autem ut terra ipsa foetorem ederet, quod primo adpsectu auctor indicare videtur. Onkelosus accuratius rem proposuit vertendo: וּמָרִיאוּ עַל אַרְעָא (et foetuerunt *in* terra), quibus verbis non *terra* sed *ranae* enunciationis sunt subiectum, quod plane auctoris menti consentaneum est. — Cap. XI : 5 de regis filio natu maiore dicitur דְּיֵשֵׁב עַל כְּסֵאָּהּ, quod dictum quominus sensu accipiamus futuro nequaquam impedit sermonis Hebraei indoles. Hoc autem linguae Chaldaeae, qua rarissimus est hic Participii usus (cf. Winer l. l. § 47. 1.), non proprium est.

Ut vero omne e medio tollatur dubium, interpres verba citata vertit: הַעֲתִיד לְמִתָּב עַל פּוֹרְקֵייהָ (qui in solio eius *sessurus est*). Cap. XVI : 21 legimus Israëlitas quotidie tantum collegisse mannae, quantum satis erat. Ultima sectionis parte inveniuntur verba יָחַם הַשָּׁמַשׁ וְנָמִים. Verbi נָמִים subiectum non esse הַשָּׁמַשׁ vix opus est ut moneamus; ex oratione contexta enim patet huius verbi subiectum esse *mannam*. Onkelosus autem in versione subiectum indicavit et vertit וְמָה דְּמִשְׁתָּאָר מִנֶּיהָ עַל אַפֵּי הַקָּלָא (et illud, quod ex ea [manna] supererat in superficie agri). Omnem adeo difficultatem sustulit. — Supra (pag. 24) historiam, cap. XVII : 12 memoriae traditam, narra- vimus. — Quae leguntur verba וַיְהִי יָדָיו אֲמוֹנָה redduntur וַיְהִי יָדָיו פְּרִישָׁן בְּצֵלוֹ (et fuerunt manus eius extensae in precatione). Quae interpretatio petenda est e verbo אֲמוֹנָה, derivato a stirpe אָמַן, cui verbo *credendi*, *con- fidendi* inest notio. Iam vero cum legeret interpres Moysis manus fuisse firmas, *credentes*, hanc firmitatem alia ex caussa quam ex precibus derivare non potuit. Supra (pag. 75) cap. XX : 5 tractavimus, quod ad verborum עַל בְּנִים interpretationem attinet. Ultima huius coli pars procul dubio interpreti dura visa est, quapropter censuit verborum sensum aliquantum esse restringendum et mitigandum. Idcirco huic colo addidit verba כִּד מִשְׁלֵמוֹן בְּנֵי אֲבוֹתָהוֹן לְמַחֲטֵי בְּתַר אֲבוֹתָהוֹן (si pergunt filii

post patres peccare). Eodem modo vertit locum parallelum Deuteron. V : 20. — Cap. XXI : 6 verba וַיְהִי לַיהוָה עֶבֶד פֶּלֶחַ לְעַלְמֵינָם וְעָבְדוּ לְעוֹלָם Onkelosus vertit (eritque ei servus laborans in aeternum). Exhibetur huius Capitis sect. 2 - 6 lex de servis Hebraeis. Loco laudato sermo est de servo, libertatem recuperare nolente, atque ideo totam vitam statu servili acturo. Verba וַיְהִי לַיהוָה interpres addidit ad textus Hebraei breviloquentiam tollendam. Quod עֶבֶד פֶּלֶחַ reddidit עֶבֶד, et non simpliciter עֶבֶד, eam habet causam, quod interpres putavit servum, postquam libertatem recusasset, ceterum vitae tempus duriore servitute acturum esse. Discrimen, quod apud Onkelosum intercedit עֶבֶד inter et עֶבֶד פֶּלֶחַ, idem est fortasse, quod in lingua Graeca exstat inter *θηραπειτής* et *δοῦλος*. Conf. e. g. Gen. IX : 25, ubi verba עֶבֶד עֶבְדֵימָם (servus servorum h. e. servus vilissimus) in Onkelosi versione exprimuntur per idem עֶבֶד פֶּלֶחַ. — Cap. XXIII : 5 לא עֲזוֹב תְּעֹזֵב עִמּוֹ in versione Chaldaea legitur מִשְׁבַּק תִּשְׁבּוֹק מִה דְּבַלְבָךְ עֲלוּהֵי וְהִפְרַק עִמָּוָה (plane missum facies, quod in eum habes in mente et cum eo liberabis [asinum]). Recte sic interpretatus est. Iubetur Israëlitita, inimici asinum sub onere succumbentem cum videt, non illum asinum auxilio destitutum relinquere, sed contra eum relevare. Sic legitur: *Si vides asinum inimici tui succumbentem sub*

onere, num negliges huius (inimici) in commodum relinquere (subintelligitur hoc illudve, quod relinquendum est, quod optime fortasse expressit versio Nederlandica reformata: *het uwe*; Alexandrina et Vulgata sensum aliquando mutarunt: illa habet *ὄν παρελεύσῃ αὐτό*, haec non *pertransibis*)? certe cum eo (inimico) relinquis. Apertissime Onkelosus hoc explicuit: *Removeas tuum in eum odium, potius cum eo ad bestiam liberandam manus admoveas.* — Levitic. VII : 19<sup>b</sup>. Hoc Capite leges continentur de hostiis pro delicto. Sectione citata vetantur Israëlitae carnem, quae impurum quid tetigerit, comedere; carnem autem mundam comedere iis licet. Quod his indicatur verbis: *יִהְיֶה בָּשָׂר כָּל-טָהוֹר יֹאכַל בָּשָׂר*. Verba haec, ut in textu Hebraeo leguntur, difficultatem quandam praebent, quae autem in versione Onkelosiana optime e medio sublata est. Interpres ita sensum reddidit: *וּבְסֵר קוֹדֶשָׁא כָּל-דִּירְבֵּי לְקוֹדֶשָׁא יִיכַל בְּסֵר קוֹדֶשָׁא* (et quod ad carnem sacram attinet, quisque expiationem fecerit apud sanctuarium, carnem comedet sacram). — Cap. XIX : 23. Inter praecepta, quae Israëlitae acceperunt, quod ad arbores attinet, etiam legitur: *עֲרִלְתֶּם עֲרִלְתּוֹ*, et porro arbores per triennium populo esse *עֲרִלִּים*. His verbis Onkelosus substituit *וּתְרַחֲקוּן רַחֲקָא יַת אֲפִיָּה* (et certe reiicietis earum fructus) et porro *יְהִי לְכוּן מְרַחֲק לְאַבְדָּא* (abominandae vobis erunt,

ita ut perdantur). Hac interpretatione satis bene auctoris mentem percepisse mihi videtur. — Cap. XXVI : 19, Israelitae, si legem divinam servaturi non sunt, poenis afficientur. In his poenis memoratur etiam ut coelum durum sit ut ferrum et terra ut aes וְנָחֲתִי אֶת־שָׁמַיְכֶם כְּבַרְזֶל וְאֶת־אֶרֶצְכֶם כַּנְּחָשָׁה. In versione Chaldaea non tantum haec poena memoratur, sed etiam eius effectus. Hoc modo vertit Onkelosus: *Et ponam coelum super vobis durum ut ferrum, NE EX ILLO DESCENDAT PLUVIA, et terram infra vobis duram ut aes, NE FRUGES PRODUCAT.* Addidit ergo duo illa membra: *ne ex illo descendat pluvia et ne fruges producat.* Eodem modo sect. 25ae initium vertit: *Vobis immittam, qui gladio te occidant et vindictam de te sumant, quia violastis verba legis.* Cum sectione 19<sup>a</sup> conferri potest Deuteron. XXVIII : 23. — Num. XI : 21 Moyses pro populo peccante coram Iahve intercedit. In eius precibus haec etiam adhibentur verba הָאֲנֹכִי הָרִיתִי וְגו'. Si verba respicias, Onkelosus liberrime vertit; si autem ad verborum sensum attendimus, versio dici potest valde accurata. Sic legitur: הָאֲנֹכִי אָנֹכִי לְכָל־עַמִּי הָרִיתִי וְאֵם בְּנֵי אָנֹכִי (num ego sum totius huius populi pater? num illi sunt filii mei?). — Ad Deuteron. XVII : 5; XXII : 15 conferantur quae supra pag. 30 sq. monuimus his de locis. Satis accurate indicavi, ut puto, quam de caussa

verbum שַׁעַר verterit פֶּתַח בַּיִת דָּיִן (porta domus iudicii).

Ad hanc classem referri possunt etiam loci illi, quos Onkelosus vel *historice*, vel *geographice* illustrare conatus est.

Ad priores pertinent vaticinia, quae ex eventu interpretatus est, v. c. Genes. XXVIII : 3, ubi in fine memoriae traditur promissum divinum, Iacobo factum וְהָיִיתָ לְקַהֲל עַמִּים. Interpres ultimo vocabulo substituit vocem שְׁבָטַיִן (tribus). Si adhibuisset עַמִּי, accurate procul dubio et ad litteram enunciationem reddidisset; non autem scripsisset, quod eventus docuit. Ex historia enim patet unum tantum ex Iacobo ortum esse populum e pluribus existentem tribubus. En causa, cur non ad litteram vertit עַמִּי, sed potius paullo liberius שְׁבָטַיִן. Huc accedit quod, si sententiam plane reddidisset, sicut in codice Hebraeo occurrit, vaticinium in oculis indoctorum, quorum in gratiam scripsit, falsum videri posset, atque ideo magna, qua Pentateuchus apud populum gaudebat auctoritas, facile imminui posset. Historice quoque Onkelosus explicuit Genes. XIII : 13. Hoc loco Sodomae viri dicuntur fuisse רָעִים חַמְסָאִים לַיְהוָה מְאֹד. In versione viri illi dicuntur peccasse בְּגִבְוָה (corpore), quod

indicat illos non tam aliis quam sibi nocuisse (cf. porro Buxtorfii Lexicon ad vocem גויה). — Porro Cap. XIV : 18 Melchisedecus ab interprete dicitur fuisse rex ירושלים, unde patet ex eius mente locum, qui l.l. vocatur שלם, eundem fuisse, qui postea Hierosolyma dicebatur. — Cap. XLIII : 32 in fine exponit cur non liceat Aegyptiis cum Hebraeis comedere; quod facit hisce verbis אָרְי בְעִירָא דְמִצְרַיִם (nam pecora Aegyptiorum, [quae] idola [sunt] iis, Hebraei comedunt). — Num. XXXII : 3 vertit קְבוּרַתַּא דְמֹשֶׁה (sepulchrum Moyses). Addi possunt Genes. XIV : 3, 8, 10, ubi עֲמֹק הַשָּׂדִים expressit בְּאֵר הַקְּלָיָא (vallis agrorum), qua interpretatione indicatur huius vallis magna fertilitas.

Quod ad locos attinet, quos *geographice* illustravit, conferri potest Wineri de Onkelosi paraphrasi dissertatio, pag. 39 et 40. Non inveni, quae addi possunt.

Huic paragrapho addi possunt insuper hi loci: Genes. IX : 5, ubi verba מַגֵּד אִישׁ אָחִיו, quae non valde perspicua sunt, ab Onkeloso redduntur: מַגֵּד גֵּבֶר דִּישׁוּר: יַת דְּמַא דְאַחֵיהּ (e manu viri [h. e. eius], qui sanguinem fratris sui effundit). Cap. XIV : 17 אֵל עֲמֹק in versione Chaldaea liberrime vertitur לְמִישַׁר מִפְּנֵא הוּא אַחַר בֵּית רִיסָא דְמַלְכָא (in valle expedita, quae est locus stadii regis). — Exod.

IV : 13, verba בִּיד תְּשַׁלַּח illustravit interpretando בִּיד  
מִן דְּכֶשֶׁר לְמִשְׁלַח (manu eius, qui mittendo paratus  
est). — Cap. XIV : 20 וַיְהִי הָעֶנָן וְהַשֶּׁדַּי וַיֵּאָר אֶת-  
הַלַּיְלָה. Verba haec ab Onkeloso hoc modo reddita  
sunt: וַיְהִי עֲנַנָּא וְקַבְלָא לְמִצְרָאִי וְלְיִשְׂרָאֵל נָהַר כָּל-לַיְלָּא  
(et fuit nubes et tenebrae Aegyptiis, Israëli autem  
lucem praebuit per totam noctem). Hoc modo rem  
ipsam optime et accuratissime, lectoribus valde perspicue  
indicavit.

§ 2.

*Loci, quos interpres dogmaticam ob causam  
mutavit.*

Ex omnibus, quae adhuc de Onkelosi versionis indole  
memoravimus, patet interpretem modo haud infelici munere  
suo functum esse. Sive mutaverit verbum, sive addi-  
derit, sive denique huius illiusve loci non versionem  
dederit, sed commentarium potius adhibuerit: semper  
fere, uti vidimus, locos illos recte et accurate inter-  
pretatus est (paucos si excepias, vid. pag. 50 sqq).  
Dolendum sane est interpretem interdum, immo saepis-  
sime, unam neglexisse hermeneutices regulam eamque  
gravissimam; dolendum est illum religione sua plus  
semel impeditum fuisse quominus textus Hebraei *sensum*



redderet. Hoc valet imprimis iis de locis, quibus sermo est de Deo, eoque modo, quo indocti minus rectas de Illo notiones sibi fingere possent. Videamus quomodo huic periculo evadere conatus sit.

Primum hic in sensum veniunt loci illi, quibus *anthropomorphismum*, q. v. et *anthropopathismum* tollere studuit. Genes. IV : 14 מִפְּנֵיךָ (coram te); Levitic. XXIV : 12 על גִּוְרָה על פי יהוה; Numer. VI : 26 מִמִּצְוַת דְּבַר יְיָ in versione Chaldaica dicitur שְׂכִנְתֵּיהָ (gloria sua); Exod. III : 20; VII : 4, 5; IX : 15 יָדֵי יְיָ, quod verbum occurrit in orationibus, quas Deus habuisse narratur, ab Onkeloso redditur כֹּחַת גְּבוּרָתִי (plagae roboris mei); Num. XI : 23 הַיָּד הַזֹּאת תִּקָּצֵר legitur הַמִּימָרָה דְּבַר יְיָ יִחַעֲפֵב (num Iahvae verbum morabitur?); Exod. VIII : 15 מִחָא מִן קָרָם יְיָ redditur אֶצְבַּע אֱלֹהִים (plaga a parte Iahvae); XXXI : 3 רוּחַ אֱלֹהִים interpres habet יְיָ רוּחַ נְבוּאָה מִן קָרָם יְיָ (spiritus prophetiae a parte Iahvae). Hisce omnibus locis diversa *corporis membra* Deo tribuuntur ut facies, os, manus, digitus; etiam Exod. XXXI : 3 prorsus ad hominem accomodatum est, ita ut interpres verebatur ne lectores indocti, quorum in gratiam Pentateuchum vertit, prorsus indignas sibi de Deo notiones fingerent, si ad litteram omnia illa redderet. Eodem modo illos tractavit locos, quibus

*humana* Deo tribuuntur *opera*. Genes. VIII : 21 וַיִּרְחַח  
הַיָּדִים הַחַיִּים הַחַיִּים הַחַיִּים hoc modo interpretatus est, vel potius  
mutavit: וַיִּקְבֵּל יְיָ בְּרַעְוָא יְתֵּן קַרְבָּנֵיהֶּן (et Iahve cum delecta-  
tione eius oblationem accepit); XI : 7 נְהַגְלִי נִרְדָּה vertit  
(revelemur); XVII : 22 וַיַּעַל יְיָ אֱלֹהִים et XVIII : 33  
וַיֵּלֶךְ יְיָ וַיִּסְתַּחֲפֶּה וַיֵּלֶךְ יְיָ וַיִּסְתַּחֲפֶּה (tunc abiit *gloria*  
Iahvae), Genes. XXI : 20, 22; XXVI : 24, 28;  
XXVIII : 15; XXXI : 3; XXXIX : 2, 27, ubi  
Deus dicitur esse cum aliquo וְעִם פֶּ"ה vel וְעִם אֵת, quod On-  
kelosus transtulit בְּמַעַד פֶּ"ה (alicui auxilio); XXII : 8  
וַיִּרְאֵהוּ אֱלֹהִים וַיִּרְאֵהוּ אֱלֹהִים apud Onkelosum legitur וַיִּרְאֵהוּ אֱלֹהִים  
Iahve revelatum est); eodem modo XXIX : 32 וַיִּרְאֵהוּ אֱלֹהִים  
וַיִּרְאֵהוּ אֱלֹהִים explicuit וַיִּרְאֵהוּ אֱלֹהִים (revelatum est coram Iahvae),  
et ibid vs. 33 וַיִּשְׁמַע אֱלֹהִים וַיִּשְׁמַע אֱלֹהִים (auditum  
est coram Iahvae); Exod. XX : 24 וַיִּתֵּן אֱלֹהִים אֲבוֹנָתָא reddidit  
וַיִּתֵּן אֱלֹהִים אֲבוֹנָתָא (mittam tibi benedictionem meam);  
Num. IX : 8 וַיִּתֵּן אֱלֹהִים וַיִּתֵּן אֱלֹהִים, etiam sustulit notionem  
acsi ipse Dominus operans cogitandus esset et vertit  
וַיִּתֵּן אֱלֹהִים וַיִּתֵּן אֱלֹהִים (quod vobis mandetur a  
parte Iahvae), XXII : 13 וַיִּתֵּן אֱלֹהִים וַיִּתֵּן אֱלֹהִים reddidit hocce  
modo וַיִּתֵּן אֱלֹהִים וַיִּתֵּן אֱלֹהִים (quia non acceptum est coram  
Iahvae); Deuteron. XXIII : 15 וַיִּתֵּן אֱלֹהִים וַיִּתֵּן אֱלֹהִים sic in  
versione Onkelosiana legitur וַיִּתֵּן אֱלֹהִים וַיִּתֵּן אֱלֹהִים  
(et cesset verbum eius bonum vobis faciendi). — Anthro-  
popathismus, qui invenitur Genes. VI : 6 וַיִּתֵּן אֱלֹהִים וַיִּתֵּן אֱלֹהִים

interpretatus est **תָּבַי בְּמִימְרֵיהֶּ** (Iahve rediit in verbum suum, h. e. procul dubio ex mente Onkelosi: *rediit in se ipsum*); verba, quae in textu Hebraeo sequuntur **וַיִּתְעַצֵּב אֵל לְבוֹ**, in versione prorsus ommissa sunt.

Ex hisce exemplis patet interpretem nostrum in vitandis omnibus, quae Deo cum homine aliquam similitudinem tribuere possent, sive forma, sive operibus, sive animi motibus, diligentissimum fuisse. Praeterea quoque vitare conatus est ea, quae alio modo Dei honorem imminuere possent. Genes. III : 5 **וְהָיִיתֶם כְּאֱלֹהִים** vertit **וְהָיִיתֶם כְּרִבְרִבִּין** (et eritis sicut principes). Hac interpretatione vis et pulchritudo, quae inest sententiae Hebraeae, magna pro parte ommissa est. Bene autem observandum est interpretem veritum esse fortasse ne litterali interpretatione indocti malas prorsusque depravatas de Summo Numine notiones sibi fingerent. — Cap. IV : 14 **וּמִפְּנֵי אֶפְתָּר**. Nonne haec verba aperte pugnant cum Dei ubi-quitate, q. v. et omniscientia? Interpres noster hoc animadvertens sensum prorsus mutavit, ita ut in versione Caini effati contrarium legitur. Habet enim Onkelosus **וּמִן קִרְמֵךְ לֵית אֶפְשָׁר** **לְאַטְמָרָא** (et ut a te absconditus sim *feri non potest*). Genes. V : 22, 24; VI : 9. Quomodo hos tractaverit locos, supra (pag. 12) iam indicavimus, quod item fecimus de Genes. XVII : 1; XXV : 40; XLVIII : 15.

Procul dubio profanum esse censebat et Deo prorsus indignum, quod homo cum Deo *ambulet*, eiusmodi cum Eo haberet consuetudinem acsi pares essent habendi, quapropter potius illam rem proposuit verbo *timere* Deum vel *servire* Iahvae. Cap. VI : 2 בני אלהים aequae atque Cap. III : 5 רב־בָּיָא אלהים vertit (principes). Cap. IX : 13, 15, 16; XVII : 2, 10, 11, ubi Deus se foedus inire dicit cum homine (IX : 13, 15, 16) vel cum Abrahamo (XVII : 2, 10, 11), formulam בֵּינִי בֵּין מִימְרֵי (inter verbum meum). — Cap. XV : 1 מִימְרֵי תְּקוּף לָךְ אֲנֹכִי מִנֶּן לָךְ vertit (verbum meum robur est tibi). Imprimis quae leguntur Genes. XX : 13 ab initio ad vocem אָבִי offendiculo esse possent minus doctis, praesertim quod verbum plurale הִתְעִי praedicatum est nominis אֱלֹהִים. In Onkelosi versione autem tantopere mutatam invenimus enuntiationem, ut vix aut ne vix quidem in hac textus Hebraei sensus investigari possit. Sic legimus וַחֲזָה כִּד תַּעֲוֶה עַמְּמִיָּא בְּתַר עוֹבְרֵי יִרְיֵהוּן יְהוֹ קְרִיב (et accidit dum gentes errabant post manuum suarum opera [h. e. idola colebant], ut Iahve me duxit ad Sui timorem e domo patris mei). — Cap. XXI : 23 קָנִים לִי בְּמִמְרָא רַבִּי הַשָּׁבַע לִי בְּאֱלֹהִים redditur (iura mihi per verbum Iahvae). — Cap. XXX : 2 הֲתִחַחַחְתָּ מִנִּי אֲנֹכִי הֲתִחַחַחְתָּ בְּעֵינֵי הַלֵּא מִן קִדְּםִי יְיָ ita mutavit: הֲתִחַחַחְתָּ מִנִּי אֲנֹכִי הֲתִחַחַחְתָּ בְּעֵינֵי הַלֵּא מִן קִדְּםִי יְיָ (num me [hoc] rogas? nonne [hoc] rogas Iahven?). —

Idem dictum Cap. L : 19 prorsus aliter vertit דָּהָל אֲרֵי אָנָּה (ego timeo Deum). Cur etiam hoc loco non verterit ut fecit XXX : 2, alii fortasse caussae, mox indicandae, originem debet. Dictum angeli ad Iacobum, quod legitur XXXII : 28 שְׁרִיתָ עִם אֱלֹהִים, ad litteram exprimere non ausus est. Quid enim? Nonne multum honoris Deo detrectaretur, si revera cum homine, quisquis hic sit, certasset? Et hanc et aliam quoque ob causam, de qua infra dicendum erit, in versione expressit רַב אַתָּה יְיָ קָדָם יְיָ (magnus es coram Iahvae). — Exod X : 4, verba Domini ad Moysen אַתָּה אֲשֶׁר הִחַעְלַלְתָּי, h. e. quae intuli *mala*, vertit יְהִי נִסִּיךָ עֲבָרֶיךָ h. e. quae feci *miracula*. Aperte repugnabat interpretis religioni ut malum a Deo deduceret. — Cap. XIV : 15 בְּדִהַצָּעַק אֵלַי, sic Deus loquitur; haec autem quaestio apud nonnullos excitare posset sententiam aliquam rem nescire Dominum. Ad quod vitandum, quaestionem sustulit et sententiam ita transtulit: קִבַּלְתִּי צְלוֹתְךָ (accepi preces tuas); ibid sect. 31, quod hic legitur וּבְנִבִיאָת מִשָּׁה וּבְמִשָּׁה (et *vaticinio* Moysis). Ne miremur illum sic vertisse. Si enim κατὰ νόδα secutus esset textum Hebraicum, facile Moyses indoctis videri posset eodem, quo ipse Deus gaudere honore. Cap. XV : 11, מִי כְמוֹכָה בְּאֵלִים יְהוָה, vertit לֵית בְּרַ מִנְךָ אֱלֹהִים (non est Deus praeter te); eodem modo XVIII : 11 גָּדוֹל יְהוָה מִכָּל-הָאֱלֹהִים

reddidit לִית אֱלֹהִים בַּר מִנִּיה (non est Deus praeter illum); sic optimum vitare potuit omnem polytheismi speciem. — Num. XVIII : 20 אֲנִי הַלֶּקֶךְ וְנִחַלְתֶּךָ, quae verba Deus narratur locutus esse, sic transtulit מִתְּנֵן יְהוָה לְךָ אֲנִי (dona, quae tibi dedi, haec sunt pars tua et possessio tua). Deuteron. X : 9; XVIII : 2, ubi eadem fere verba leguntur, eodem vertit modo: *dona, quae dedit Iahve, haec sunt possessio eius.* — Praeter locos, quos hic recensuimus, in censum veniunt loci illi, quibus nomen אֱלֹהִים non de Deo, sed de idolis adhibetur. Quomodo his locis interpretandis egerit, et quamnam regulam secutus sit, supra (pag. 24 sqq.) indicavimus. Reliquum est ut pauca quaedam moneamus de Exod. XX : 3, eiusque loci parallelo Deuteron. V : 7. Ut diximus his locis non vertit מִעוֹת עִמָּמִים ut alias solebat, sed אֱלֹהִים אֲחֵרִים. Cur a consueta versione recesserit etiam satis nobis apparuit. Quaestio igitur erit solvenda, cur interpres numero singulari usus sit neque, ut textus Hebraeus exhibet, numero plurali. Huius rei causa in eo latere mihi videtur, quod vereretur ne, si presse secutus esset textum Hebraeum atque usus esset numero plurali, ansam daret indoctis, ut crederent alios praeter Deum existere deos, licet summo Deo minus potentes. Ut hoc ergo periculum vitaret, necessarium admodum esse duxit ut plurali

substitueret singulare; hoc enim modo periculum non erat ne versio Onkelosiana ad polytheismum proclives redderet indoctos.

Accuratissimus ergo erat interpres in vitandis illis, quae uno aliove modo Dei honorem imminuere possent. Sed insuper diligenter egit in addendis nonnullis, quae Deo honori esse possent. Huc pertinent Exod. IV : 20, XVII : 9, ubi verba מִטֵּה הָאֱלֹהִים iis verbis חוֹטְרָא דַּאֲתַעְבִּידוּ בֵּיהּ מִן קָדָם יי interpretatus est (virga, qua facta erant miracula a Iahve); XVIII : 5 סוּרָא דַּאֲחַגְלִי עָלוּהוּ יִקְרָא דֵּי reddidit הַר הָאֱלֹהִים (mons, in quo revelata est gloria Iahvae), item XXIV : 13; Cap. XIX : 22 דְּקִרְבִּין הַנְּנָשִׁים אֶל יְהוָה habet לְשִׁמּוֹשָׁא קָדָם יי (qui Deo appropinquant ad Eum colendum); Cap. XXIII : 17; XXXIV : 23 הָאֲדוֹן יְהוָה רַבּוֹן עֲלָמָא יי vertit (Dominus mundi, Iahve); Cap. XXXII : 26 מִן דַּחֲלִיאָא מִי לִיהוָה, Onkelosus expressit דֵּי (quis timet Iahven?); Levitic. XX : 26 verba Dei לְמַחְוֵי פְלִחוֹן קִרְבֵּי לְהִיוֹת לִי reddidit (ut sunt ser- vientes coram me, h. e. ut me colant).

Saepe quoque nomini Dei substituit aut מִימְרָא מִימְרָא (verbum Dei), aut יִקְרָא דֵּי (gloria Iahvae [convenit cum Hebr. כְּבוֹד יְהוָה]), aut שְׂכִינְתָא דֵּי (inhabitatio Iahvae [cf. de hac voce Buxtorfii Lexic. col. 2394 sqq.]). Quibusnam casibus vel uno vel altero horum

verborum usus sit indicavit Winerus in dissert. pag.  
 44 sq. „Utitur Onkelosus,“ sic legimus, „hac voce  
 „ (מיכרא דיי) *primum* ubi Iovae tribuuntur, quae soli  
 „ corpori propria sunt, ut incessus, ut status, ut oculis  
 „ conspici Exod. XX : 17; XXIV : 11; XXIV : 22;  
 „ Deut. XXIII : 4; *deinde* ubi Iova vidisse (Gen.  
 „ XXXI : 9); verba fecisse (Gen. III : 8; IV : 53 (?);  
 „ VI : 6; VIII : 21; Exod. XV : 1; Num. XXI :  
 „ 20; Deut. V : 21); auxilia tulisse (Gen. XXI : 20;  
 „ Num. XXIII : 21; XXXI : 3; XXXV : 3);  
 „ beneficia exhibuisse (Deut. XXIII : 14; XXIV : 19);  
 „ abominatus esse (Levit. XX : 23, XXVI : 11),  
 „ perdere denique (Deut. IV : 24) dicitur; *postremo*  
 „ atque id saepissime pro pronomine reflexivo Gen.  
 „ VI : 6, 7; IX : 12, 13; XVIII : 21; XXII :  
 „ 16; XVI : 8; XXVI : 5; XLIX : 24; Exod. II :  
 „ 25; IV : 12; XXXI : 13; Levit. XXVI : 4, 6;  
 „ Num. XI : 20; XVII : 19; Deut. XVIII : 19a. —  
 „ Alteram vocem דיי יקרא v. Gen. XVIII : 33;  
 „ XXXV : 13; Exod. XXXIII : 5, 14 (ubi in  
 „ Hebraicis est: ויעל אלהים); Exod. III : 6 (hebr.  
 „ אל האלהים); Gen. XXVIII : 13 (ידוה נצב); Gen.  
 „ XXVIII : 16 (יש ידוה במקום הוה); et tertiam illam  
 „ שכינתא דיי (e loco nobili Exod. XXV : 8; Lev.  
 „ XXVI : 11) ubi de Iovae *habitatione* et praesentia



„ agitur Gen. IX : 27; Exod XV : 17; XVII : 7;  
„ XXV : 8; XXXIII : 8 al.“

Qui porro ad hanc classem referri possunt loci, eiusmodi sunt, quorum interpretes necessariam duxit mutationem, ut magnorum virorum eorumque familiae honor incolumis maneret apud indoctos. Gen. XXVII: 7, postquam Rebecca filium suum Iacobum incitasset ut fraude patrem Isaacum deciperet, hic autem timorem, ne fraus ista detegeretur, ostendisset, imprimis ne ipse a patre malediceretur, Rebecca illi respondit: *עלי קללתך בני*. Dictum hoc admodum leve esse nemo non videt. Onkelosus illius sensum mutavit et Rebecca dicentem facit *עלי אחאמר בנבואה דלא ניתון לויטא עלך ברי* (mihi nunciatum est in vaticinio non fore ut in te, mi fili, execratio cadat). Ibid. vs. 35. Isaacus Esavo narrat agendi rationem Iacobi, quem venisse dixit *במורמה*. Nonne autem magno opprobrio esset patriarchae si pateret eum fraude usum fuisse? Quapropter interpretes noster illam vocem expressit *בהוכמה* (sapientia, prudentia). Cap. XXXI : 20 de Iacobo dicitur *היגלב לב* e. *et fefellit*; quod dictum Onkelosus reddidit: *וקסא מן* (et sese abscondidit ab [alquo]). Ubi hoc Capite Rachela narratur idola patris clam abstulisse, quod factum in textu Hebraeo verbo *גנב* indicatur, interpretes, verens ne Patriarchae uxor maxime dilecta apud indoctos parvi

haberetur, quod furti rea esset, huic verbo substituit נִסְבָּ, quod convenit cum Hebr. לִקַּח. — Cap. XLV: 27 וְשָׁרַת רוּחָא קוֹדְשָׁא עַל יַעֲקֹב וְהָרַח רִיחַ יַעֲקֹב vertit (et Spiritus Sanctus quievit in Iacobo). Quae interpretatio sic fortasse originem petit: Nuntiatum est Patriarchae Iosephum, quem iam dudum obiisse putavit, inter vivos adhuc versari. Auctor vero, ut indicaret quam gratum hoc nuntium ei esse debuit, de eo narrat וְהָרַח רִיחַ, quod haud male Vulgata reddidit: *et REVIXIT spiritus eius*. Quid autem? Itane filii obitus nuntium patris mentem depressit, ut haec quasi mortua dici posset? Hoc si verum habendum esset, Patriarcha parum inter calamitates pietatis ostendisset. Interpres hoc videns, maluit eius honorem servare, et, ubi fieri posset, augere, quam ob causam interpretationem dedit, quam supra indicavimus. <sup>1)</sup> — Cap. L: 19. Dictum Iosephi וְהָרַח רִיחַ אֱלֹהִים אֲנִי, de quo mentionem iam fecimus supra pag 100, vertit וְהָרַח רִיחַ אֱלֹהִים אֲנִי (timeo Deum). Hac interpretatione non tantum Dei honorem servavit, sed etiam de Iosepho edidit testimonium honorificentissimum. — Levitic. XII: 1. Moyses narratur uxorem duxisse כְּשֵׁית, quod in oculis virorum indoc-

1) Fabellam iudaicam spiritum propheticum a Iacobo recessisse postquam de morte Iosephi dolere coepit, radiisse vero cum vivere intellexit et de nuntio illo gaudere coepit, ab interprete hoc loco non esse spectatam indicavit Winerus l. l. pag 11 in nota.

torum magno sane opprobrio ei haberi debuit. Non e sua gente uxorem sibi eligerat, sed e gente Aethiopica, idola colente. Hoc versionis lectoribus celare necessarium esse putavit interpres, atque ideo אִשָּׁה חֲפֵזִית vertit אִתְּמָא שְׂפִירָתָא (femina pulchra).

Multa insuper lectu dignissima hac de re memoravit Luzzattus in dissertatione passim.

Nunc si quaeritur quomodo hac in classe interpres noster egerit, fatendum est omnino eum locos multos satis bene interpretatum esse. Ubi v. c. anthropomorphismum tollere studuit in universum non infeliciter versatus est. His autem locis, quibus vitare conatus est ea, quae alio modo Dei honorem imminuere possent (v. pag. 98 ssqq.) non semper bonum et accuratum se praestitit interpretem. Sic e. c. Genes. III : 15, mutando אֱלֹהִים in רִבְרִבִּין vim intulit dicto. Ex auctoris mente praeter Deum neminem ante oculos habuit insidiator. Eodem modo eius interpretatio vel potius corruptio dicti Genes. IV : 14 prorsus alium, quam qui revera fuit, nobis ostendit Caïnum. Porro eius conatus, magnorum virorum honorem incolumem servandi, saepe textus Hebraei sensum torsit et efficit ut auctor dicere aut credere videretur, quae nunquam dixit aut credidit (c. f. et q. quane pag. 104 sq. memoravimus de eius interpretatione locorum Gen. XXVII : 7, 35 ; XXXI : 20 sq.).

## EPILOGUS.

---

Quae in altera huius disquisitionis parte attulimus exempla ex ipsa versione desumpta, sufficiant ad operis Onkelosiani indolem cognoscendam. Ut facile expectari potuit, non omnes citavimus locos, quibus interpres a textu Hebraeo discrepat. Ne quis miretur. Non enim deflectionum catalogum exhibere nobis proposuimus; consilium fuit ut versionis indoles, qualis sit breviter exponamus, quod fecisse existimamus.

Supra (pag. 7) consilium huius speciminis hisce verbis indicavimus: „ Ad ipsam rem transeuntes periculum „ faciamus historiam V. T. interpretationis apud Iudacos <sup>1)</sup>

---

1) h. e. tempore, quo Onkelosus vixit, apud Iudaeos usitatissimae. Adde hic me sententiam de hoc tempore, quam pag. 6 pronuntiavi, mutasse et eum iis facere qui statuunt Onkel. Imo p. C. saeculo vixisse.

„paullulum illustrandi.“ Quid vero disquisitio haec ad historiam illam illustrandam attulit? Hoc certe nobis patuit interpretationem V. T. tunc temporis apud Iudaeos satis bona frui conditione. Si enim locos inspiciamus, quos non ad litteram reddidit, sed paullo liberius tractavit, patebit interpretem in universum bene munere suo functum esse et semper fere praecipuam observasse hermeneutices regulam, quae efficere iubet ut lectores idem sentiant, quod ipse auctor, dum scribebat, sensisse cogitandus est. Sic e. g. uno tantum verbo mutando non solum optime textus Hebraei sensum servavit, sed etiam quod obscurum esse debuit lectoribus illustravit (v. pag. 54 sqq.); idem valet de illis locis quos illustravit verbo sententiae addendo. Neque etiam tunc temporis, ut ex eadem versione patet, interpretatio allegorica multum invaluit. Etiam qui dicitur sensus scripturae altior apud Onkelosum frustra quaeritur. Quod attinet ad traditionem fabulasque rabbinicas, quas Onkelosus respexisse contendit Morinus (Exercitationes ecclesiasticae et biblicae pag. 343), hoc satis refutavit Winerus l. l. pag. 11 Attamen haud cum Winero dicerem eum nequaquam traditionem respicere. Ut unum exemplum afferam Levit. XXIV : 16, verbum נִקֵּב, quod hoc loco nihil aliud significat quam *maledicere*, ut notum est, a Iudaeis intelligitur: *pronuntiare*, immo hic locus

eos prohibet quominus nomen ירוה pronuntient. Onkelosus hanc traditionem spectans vertit דיפראש (qui expresserit, pronuntiaverit). Multos quoque locos acsi Messiam spectarent interpretatus est. Sic quoque nobis patuit interpretationem dogmaticam, q. v., apud Iudaeos hoc tempore magna iam gaudere auctoritate. Ceteroquin in universoni dici potest V. T. interpretatio pristino p. C. tempore apud Iudaeos satis felici usa esse conditione. Quae apud seriores Targumistas, imprimis in Targumo Hierosolymitano, vulgo Targum Pseudoionathani dicto, inveniuntur fabulae et nugae, frustra in Onkelosi interpretatione quaerentur. Consilium, quod cum Pentateuchi versione sibi proposuit, ut indoctis quoad potuit S. S. illustraret, haud male assecutus est interpres noster. Etiam nunc in V. T. interpretatione versio Onkelosiana haud parum interpretibus afferre potest commodi, ita ut huius versionis notitia cuivis Pentateuchi libros explicare conanti haud uno nomine commendari possit.

## T H E S E S.

---

### I.

Onkelosi versio unius viri opus est habenda.

### II.

Male nonnulli Onkelosi versionem dicunt paraphrasin.

### III.

In versione sua conficienda Onkelosus ad Iudaeorum traditiones vulgo non respexit.

### IV.

In Pentateucho vertendo Onkelosus nonnunquam erravit.

### V.

Textus Gen. IV : 8 corruptus et habendus.

### VI.

Psalmo C : 8 ולא אנהנו cum Keri legendum est ילו אנהנו.

### VII.

Luc. II : 14 legendum est εὐδοκία.

### VIII.

Jesaiac vaticiniorum pars posterior (Cap. XL – LXVI) non Jesaiac sed alii auctori tribuenda est.

IX.

Immerito Clar. Renanus in opere *Vie de Jesus* librum Danielis apocryphis annumerat.

X.

Verba Jesu: *ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστίν.*  
Luc. XVII : 21, non significant: Imperium Dei est  
*in vobis*, sed *inter vos*.

XI.

Verba 1 Cor. XV : 17 *εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγεραται*  
interpretanda sunt: *si Christus de morte non triumphaverit.*

XII.

In Jesus Christi vita describenda Clar. Renanus nul-  
lam secutus est certam methodum.

XIII.

Jesum Nazarethae natum esse non sequitur e locis,  
quos pro hac sententia allegavit Clar. Renanus.

XIV.

Si Jesus talis fuit, qualem eum descripsit Clar.  
Renanus ne integer quidem vir ille dici potest.

XV.

Petrum aliquot temporis Romae degisse idoneis argu-  
mentis negari non potest.



XVI.

Apostolorum de Christi e mortuis in vitam reditu persuasio iis oriri non potuit, nisi revera Dominus e sepulchro in terras redierit.

XVII.

Reiecta Euangeliorum axiopistia historica, argumentatio pro Jesu Christi *ἀναμαρτυρία* historica nullo nititur fundamento.

XVIII.

Etiamsi assentiendum est Jesum edidisse miracula, inde tamen non sequitur homine maiorem eum fruisse.

XIX.

Causa vitiositatis universalis a Paulo non Rom. V : 12 sed ibid. I : 21 exponitur.

XX.

Placitum de *perseverantia sanctorum* omnino tuendum est.

XXI.

Ratio humana non est fons, unde hauriri potest cogniti Dei rerumque divinarum.

XXII.

In institutione Catechetica methodus erotematica cum acroamatica est iungenda et, ubi fieri potest, illa huic praeferenda.

---

## CORRIGENDA.

---

Pag.	lin.	9	pro sensum	leg. censum.
"	13	" 11	" vicesies	" vicies.
"	13	" 14	" "	" "
"	14	" 18	" septuagesies	" septuagies.
"	15	" 5	" quadragesies	" quadragies.
"	15	" 9	" tricesies	" trecies.
"	16	" 1	" trigesies	" tricies.
"	16	" 4	" vigesies	" vicies.
"	16	" 8	" vasium	" vasorum.
"	17	" 7	" sensum	" censum.
"	19	" 7	" nonne	" annon.
"	22	" 4	" sensum	" censum.
"	33	" 20	" bis	" et bis.
"	45	" 16	" suffieiant	" sufficient.
"	59	" 4	" u	" ut
"	67	" 14	" ignotae ertiorum	" ignotae certiorum.
"	72	" 9	" sir	" sic.
"	79	" 20	" Josephum	" Josepho.
"	82	in nota,	Bijbelsch Woordenb.	" Bijb. Woordenb. voor het Christel. gezin.
"	96	lin. 20	" sensum	" censum.
"	112	Th. XVIII	" assentiendum	" concedendum.
"	ibid	"	" fruisse	" fuisse.

C. C. L. B.

---

THE  
LIBRARY OF THE  
MUSEUM OF COMPARATIVE ZOOLOGY  
AT HARVARD UNIVERSITY  
CAMBRIDGE, MASS.

1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900  
1901  
1902  
1903  
1904  
1905  
1906  
1907  
1908  
1909  
1910  
1911  
1912  
1913  
1914  
1915  
1916  
1917  
1918  
1919  
1920  
1921  
1922  
1923  
1924  
1925  
1926  
1927  
1928  
1929  
1930  
1931  
1932  
1933  
1934  
1935  
1936  
1937  
1938  
1939  
1940  
1941  
1942  
1943  
1944  
1945  
1946  
1947  
1948  
1949  
1950  
1951  
1952  
1953  
1954  
1955  
1956  
1957  
1958  
1959  
1960  
1961  
1962  
1963  
1964  
1965  
1966  
1967  
1968  
1969  
1970  
1971  
1972  
1973  
1974  
1975  
1976  
1977  
1978  
1979  
1980  
1981  
1982  
1983  
1984  
1985  
1986  
1987  
1988  
1989  
1990  
1991  
1992  
1993  
1994  
1995  
1996  
1997  
1998  
1999  
2000  
2001  
2002  
2003  
2004  
2005  
2006  
2007  
2008  
2009  
2010  
2011  
2012  
2013  
2014  
2015  
2016  
2017  
2018  
2019  
2020  
2021  
2022  
2023  
2024  
2025

2026  
2027  
2028  
2029  
2030  
2031  
2032  
2033  
2034  
2035  
2036  
2037  
2038  
2039  
2040  
2041  
2042  
2043  
2044  
2045  
2046  
2047  
2048  
2049  
2050  
2051  
2052  
2053  
2054  
2055  
2056  
2057  
2058  
2059  
2060  
2061  
2062  
2063  
2064  
2065  
2066  
2067  
2068  
2069  
2070  
2071  
2072  
2073  
2074  
2075  
2076  
2077  
2078  
2079  
2080  
2081  
2082  
2083  
2084  
2085  
2086  
2087  
2088  
2089  
2090  
2091  
2092  
2093  
2094  
2095  
2096  
2097  
2098  
2099  
2100